34.6.H.23.

LITTERÆ SCRIPTÆ

A SERENISSIMO PRINCIPE ET EMINENTISSIMO

CARDINALE BULLIONIO,

PRÆPOSITO MAJORI, CUSTODE, NECNON CANONICO PERILLUSTRIS ECCLESIÆ CATHEDRALIS LEODIENSIS, AD CAPITULUM LEODIENSE:

Necnon

Reſponſa facta ab eodem Perilluſtri Capitulo Leodienſi, in quibus omnia prævia circa Electionem Epiſcopi & Principis Leodienſis, enarrantur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PARISIIS,
Excudebat THEODORUS MUGUET, Viâ Jacobæâ, ſub Signo Velleris-aurei.

MDCXCIV.

REVERENDIS ADMODUM & Perilluſtribus viris, ac Generoſis D. D. Decano & Canonicis Perilluſtris Cathedralis Eccleſiæ Leodienſis; Emmanuel Theodoſius à Turre-Arverniæ, miſeratione Divinâ, S. R. E. Cardinalis Bullionius, necnon Præpoſitus major, Cuſtos & Canonicus ejuſdem Eccleſiæ Leodienſis, fauſta omnia & ſalutem plurimam adprecatur.

STATIM atque intelleximus, Confratres Chariſſimi, Illuſtriſſimum & Celſiſſimum Principem Epiſcopum Leodienſem, Joannem Baronem *de Elderen*, è vivis exceſſiſſe, & naturæ debitum perſolviſſe, non potuimus temperare dolorem noſtrum; ſed, quod ſolatii ſupereſt, incredibilis ejus lenitas, conjuncta cum ſummâ humanitate, morum candor, pietas, cæterarumque virtutum apparatus, quibus præditus erat, nullum nobis omnibus dubium relinquere debet, quin meliorem vitam & æternam cum hacce mortali feliciter commutaverit. Nunc in his difficillimis temporibus & Eccleſiæ Leodienſis viduitate, non dubitamus vos omnes & ſingulos ſincerè allaboraturos ad reſarciendam pro viribus talem jacturam. Unde, poſtquam parentatum fuerit piis Manibus Principis & Epiſcopi, pro more noſtræ Eccleſiæ; cùm de Electione futurâ Prælati tractandum incumbat, & ſecundùm leges Canonicas, omnes & ſinguli, qui tali Electioni intereſſe debent, vocari & citari, licet abſentes, debeant; eiſque induciæ compe-

tentes præfigi ad comparendum ; ne itinerum difficultates & hyemalis Tempeſtas moras aliquas afferre poſſint ne citò mandatis veſtræ indictionis & citationis obtemperaremus, ſtatuimus, licet in ſatis infirmâ valetudine conſtituti, ad civitatem Namurcenſem accedere, ubi quid Nobis pro munere noſtro & dignitate noſtrâ peragendum ſit, à vobis expectabimus. Non ignoratis profectò, quantùm Electiones Canonicæ ab omni impreſſione Sæcularis Poteſtatis debeant eſſe alienæ, & ſic omnibus liberam eſſe debere votorum facultatem, & abſentibus liberum commeatum, & acceſſum in loco, ubi Electio debet celebrari, patere debere. Idcirco confidimus, Confratres chariſſimi, vos ante omnia, & antequam dies Electioni præfigatur, procuraturos apud Principes fœderatos, quorum Copiæ nunc civitatem Leodienſem replent, ut Salvi-conductus, pro ſecuritate & incolumitate eorum, qui veſtræ Electioni de jure adeſſe debent, expediantur citiùs : & inſuper, ne Copiæ præfatæ metum incutiant cadentem in conſtantes viros, qui Electionem nullam & invalidam reddere poſſet, vos ab eiſdem Principibus fœderatis impetraturos, ut ad tempus eædem Copiæ à Civitate Leodienſi recedant. Quantùm ad me ſpectat, antequam diſcedam ab hacce Civitate, pro viribus meis efficiam ut Rex Chriſtianiſſimus pro ſuâ pietate, & erga Religionem zelo, omnia quæ ad libertatem Electionis conducere poterunt, concedere non dedignetur, ita ut nulla contra Electionem ſuſpicio metûs aut impreſſionis opponatur: & ſic Eccleſia Leodienſis, diuturnæ vacationis diſpendiis & incommodis non exponatur, quod proculdubio contingeret, niſi omnibus Canonicis liber acceſſus & reditus daretur, quia plus nocet unius contemptus in Electione, quàm aliorum omnium conſenſus proficiat, ſicut omnia jura Canonica clamant. Namurci quid à vobis ſtatutum & procuratum fuerit, tam circa Electionem quàm circa Salvos-conductus receſſumque Copiarum Principum exterorum à Civitate Leodienſi, accipiemus. Interim vobis in Domino obteſtamur, nihil in hacce futurâ Electione, quod noſtrum ſit, ſed quod Eccleſiæ & Civitati Leodienſi, regimini Eccleſiæ & populorum incolumitati proficuum & utile fuerit, Nos pro viribus noſtris

ſecundum juramenti noſtri Religionem adimpleturos, ita ut votis concordibus, ad id quod Eccleſiæ profuturum ſit, conſpiremus. Ad vos hæc ſcribimus Pariſiis (in procinctu itineris noſtri apud vos, quos Deus incolumes ſervet) die decima Februarii anno 1694.

RESPONSUM CAPITULI.

SERENISSIME AC EMINENTISSIME PRINCEPS.

Litteras Eminentiſſimæ Celſitudinis Veſtræ quibus ſuum de morte Celſiſſimi Epiſcopi ac Principis noſtri dolorem teſtatur, debito cum reſpectu accepimus; nos certè eo nomine & quòd viduatæ huic Eccleſiæ compatiatur, ac proteſtato in hanc Eccleſiam affectu, grates plurimas eidem referimus.

Verùm cùm plura quæ diſcuſſione ac maturiori deliberatione indigent, in illis contineantur, Eminentiſſimam Celſitudinem veſtram ægrè non laturam ſperamus, ſi Celſiſſimo Epiſcopo ac Principi noſtro juſtis perſolvendis occupati, & negotiorum multitudine, quibus vix ſufficere poſſumus, diſtenti, eiſdem reſpondere aliquantulùm differamus, uſquedum deſuper maturè deliberare poſſimus. Interim Eminentiſſimæ Celſitudini veſtræ felicia quæque adprecamur.

Sereniſſimæ & Eminentiſſimæ Celſitudinis veſtræ,

Humillimi & devotiſſimi ſervi
Decanus & Capitulum Perilluſtris
Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis.

De mandato RR. Adm. Perilluſtrium &
Generoſorum Dominorum meorum præfatorum.
G. SCHEPERS.

Leodii 19. Feb. 1694.

REVERENDIS ADMODVM PERILLVSTRIBVS ac Generoſis D. D. Decano, Canonicis & Capitulo Perilluſtris Cathedralis Eccleſiæ Leodienſis: Emmanuel Theodoſius à Turre-Aruerniæ, miſeratione Divinâ, S. R. E. Cardinalis Bullionius, Præpoſitus major, necnon Cuſtos & Canonicus ejuſdem Eccleſiæ Leodienſis, Confratribus ſuis chariſſimis S. P. D.

MAGNA certè voluptate veſtræ ad nos directæ Litteræ die 19. præſentis menſis Februarii nos affecerunt, ſed eodem tempore earum ſtylus nos incredibili dolore percellit. Lætitiam dedit veſtri erga nos ſtudii & benevolentiæ ſingularis teſtimonium, cujus gratiſſimum animum habemus, ſicut ſemper habuimus: dolore intrinſecùs commoti fuimus ex eo quòd incerti adhuc ſitis quid reſpondeatis circa Salvos-conductus qui debent procurari omnibus & ſingulis Canonicis qui de jure debent intereſſe omnibus Decretis quæ fient circa Electionem futuram Epiſcopi & Principis Leodienſis.

Nos movet plurimùm quod jam circa prævia quædam actum eſt: ſcilicet miſeramus virum nobilem cujus prudentia ſatis vobis perſpecta eſt, ut vobis Epiſtolam redderet, quâ vos de adventu noſtro in Diœceſim & Provinciam Leodienſem commonebamus, ſed ei ingreſſus in eâdem Civitate denegatus fuit, unde neceſſe fuit eaſdem Litteras per Tubicinem Munitionis Namurcenſis ad vos deferri, cùm liber aliunde aditus non pateret.

Hæc omnia ſatis indicant libertatem Capituli Leodienſis, cui poteſtas ſumma, ſede Epiſcopali vacante, in Statu & Civitate Leodienſi competit, prorſus opprimi: Unde conjicere licet nullam libertatem in Electione futurâ ſperandam, niſi aliter à vobis provideatur. Quod meo quidem judicio facilè expediri poterit, modò non prævaleat ſententia eorum qui, quæ ſua ſunt, per fas & nefas, non quæ Jeſu Chriſti, quærunt:

cùm res ita poſſint componi, ut conceſſis Salvis-conductibus & recedentibus Copiis exterorum Principum, toto illo tempore interjecto, uſque ad diem Electioni præfixum; & aliquot dies ſubſequentes, poſt illud tempus expletum, omnia in eumdem ſtatum redintegrentur, in quo nunc conſtituta reperiuntur; & ſic nulli fiet, hâc morâ interjectâ, ulla injuria, ſed ſola ſervabitur libertas Electionis, quâ ſublatâ, totum quod à vobis peragetur, corruat neceſſe eſt.

Non ignoratis profectò, Confratres chariſſimi, quantùm à teneris annis Eccleſiæ Leodienſi devotus fuerim. A vobis in Fratrem & Canonicum cooptatus anno 1657. antequam ulli Titulo Eccleſiaſtico addictus eſſem, ſemper memor primæ in Eccleſiâ Leodienſi meæ incardinationis; poſtea dignitate Majoris Præpoſitatûs, quæ prima poſt Pontificalem exiſtit, veſtris ſuffragiis cohoneſtatus anno 1675. ſemper in votis habui honorem & libertatem ejuſdem Eccleſiæ, etiam uſque ad ſanguinis effuſionem, defendere.

Hodie in præſenti temporum calamitate, honorem Eccleſiæ Leodienſis, cujus alumnum me jacto, violatum agnoſco, dum illius jura & immunitates uſurpantur, præſertim à Militibus & Ducibus qui nullam cum ſanctâ Catholicâ, Apoſtolicâ, & Romanâ Eccleſiâ communionem habentes, ſibi omnia licere putant, quæ in armorum vi & fiduciâ, quâ pollent, convenire propriis commodis exiſtimant. Libertatem inſuper Eccleſiæ ſublatam lugeo & ingemiſco, dum contra Canones Eccleſiæ, qui tam ſtrictè prohibent ne per impreſſionem aut abuſum Sæcularis Poteſtatis Electiones Eccleſiaſticæ impediantur, audio tamen aditum præcludi Canonico & Præpoſito majori Eccleſiæ Leodienſis necnon S. R. E. Cardinali.

His ſanè Titulis me ita arctè Eccleſiæ Leodienſi, quæ ſe Primogenitam Eccleſiæ Romanæ gloriatur, devinctum ſentio, ut muneris mei ac Dignitatis, quâ tam in Eccleſiâ Leodienſi quàm in Eccleſiâ univerſali, licèt immeritus gaudeo, præcipuas partes exiſtimem conſulere modis omnibus, ut honor Eccleſiæ & libertas Canonica, quam Chriſtus, ut ſancti Patres loquuntur, Eccleſiæ ſanguine ſuo lucratus eſt, non violentur.

Non accedo apud vos, Confratres chariſſimi, cataphra-

ctus aut aliquo militari Præſidio ſuffultus : abſit à me, ut ſi illud mihi liceret, ea media adhiberem. Venio ſtipatus ſolo famulatu ; & obteſtor vobis & polliceor mecum nullum alium exterum admiſſurum : & ſic ingreſſus meus totus erit pacificus, nec poterit ullo modo turbare Statum Civitatis Leodienſis.

Liceat ſolummodò Cardinali & viro Eccleſiaſtico, pro munere ſibi injuncto, cui ſpeciali juramento ipſum obſtrinxiſtis, providere, de veſtrâ omnium ſententiâ, ut Eccleſiæ Leodienſi, cujus membrum exiſtit, præficiatur is qui dignior, qui fructuosè, ut innuit ſacrum Concilium Tridentinum, cum animarum ſibi commiſſarum ſalute, Eccleſiam Leodienſem regere & gubernare valeat, qui & gregi ſibi commiſſo, & etiam populorum incolumitati & ſaluti ſedulò invigilare poſſit. Meæ ſolæ illæ erunt partes, curæ & ſollicitudines, vota hæc ſola.

Provideatur de Eccleſiâ Leodienſi Præſul providus, pacis & concordiæ cupidus, recti tenaciſſimus, qui actuali ſuâ reſidentiâ & præſentiâ panem cum paupere frangat, quia, ut teſtatur Leo IV. in Synodo Romanâ, *abſentia Epiſcopi plerumque fit calamitas plebis.*

Meliora tempora expectabimus, quibus, Deo juvante, circa ea quæ ſpectant ad temporalia, à vobis & à Præſule providebitur. Hos animi mei ſenſus intimos, Confratres chariſſimi, abſens licèt vobis exponere non dubito, confidens vos eoſdem, pro veſtrâ ſolitâ in me benignitate, ſincerè, prout ſunt, interpretaturos.

Antequam finem imponam huic Epiſtolæ, mihi videtur eſſe mei muneris & ſtudii vos monere, nihil poſſe tractari validè circa futuram Electionem, niſi priùs illi omnes & ſinguli qui vocari debent, & qui ſe Electioni faciendæ ſiſtere volunt, admittantur. Nunc in Civitate Huenſi Diœceſis Leodienſis conſtitutus, dum hæc ſcribo, conſeſſui veſtro præſens videor. Si acceſſus ulterior & in Civitate Leodienſi non pateat, quomodo Electio poterit fieri canonicè, ſpreto illo qui præſentem ſe ſiſtere Electioni paratus eſt ? Sin forſan aliqui dicant aut obtendant aditum Electoribus facto Capituli non præcludi, illud non obſtat, quia cum jus ſuum nemini ſine facto ſuo, & ſine culpâ ſuâ, præripi aut tolli debeat, ante omnia veſtrûm eſt, totis viribus eniti ut libertas Electionis ſtabiliatur.

Si

Si liceret, Confratres chariſſimi, revocare in memoriam infelicia illa tempora, quibus Eccleſia ſanguine Martyrum madeſcens, non poterat tutò congregari, propter violentiam Imperatorum Ethnicorum, multa exempla prodirent, quæ demonſtrant, fideles etiam cum vitæ periculo adunatos fuiſſe, ut ſimul proſpicerent bono communi Eccleſiæ. Meliora ſanè & feliciora, licèt difficillima tempora, habemus ſub pio Summo Pontifice, qui nunc Eccleſiam univerſalem tam ſanctè & providè gubernat; ſub Principibus, qui zelo Religionis & pietatis, ſicut cæteris virtutibus, commendabiles ſe exhibent: nullatenùs timendum eſt, ut libertas Eccleſiaſtica, cujus ſe tutores & defenſores profitentur, tollatur; modò media à vobis opportuna adhibeantur.

Nullum hîc ſubterfugium poteſt opponi: nam quamdiù impulſio, coactio, metus aut alia hujuſmodi Electoribus libertatem adimunt, nulla Electio valida & Canonica poteſt celebrari.

Attendite quæſo, Confratres chariſſimi, quæ inſuper injuria fieret Sacro Collegio, ſi Cardinali (ſemper audeo dicere, ſaltem in votis, benemerito de Eccleſiâ Leodienſi) & Canonico & Præpoſito, vobis tot vinculis alligato, aditus in Electione Præſulis recuſaretur. Veſtrûm eſt nunc conſulere pro veſtrâ in diſciplinâ Eccleſiaſticâ, ſcientiâ, quâ polletis plurimùm, quid circa ea omnia ſtatuatis. Faxit Deus miſericordiarum, Deus totius conſolationis, Pater luminum, qui pacis & concordiæ retinentes protegit, fovet & tuetur, ut hiſce Litteris attentè in Capitulo veſtro, ad quod eas dirigimus, perlectis, conſilia ſuſcipiatis quæ legibus & Canonibus Eccleſiaſticis congrua videantur. Sin aliqui forſan, quod nobis ullatenùs in mentem venire non poteſt, propriis commodis ſervientes, aut cupiditati & avaritiæ, quæ, ut ait Apoſtolus, *eſt idolorum ſervitus*, ſtudentes, aliter ſentiant, noverint ſe Deum violati juramenti necnon violatæ religionis ultorem & vindicem experturos. Avertat hoc Deus, & concordibus votis ad bonum commune adlaboremus, Confratres chariſſimi, quibus omnibus & ſingulis ſalutem plurimam amantiſſimè adprecamur. *Hui* (ubi reſponſum noſtris Litteris à vobis incunctanter expectamus) Die 23. menſis Februarii anno ſalutis 1694.

RESPONSUM CAPITULI.

SERENISSIME AC EMINENTISSIME PRINCEPS,

BInis,quibus nos Eminentiſſima Celſitudo veſtra honorare, ac ſingularem in hanc Eccleſiam propenſionem & affectum teſtari dignata eſt Litteris, reſpondere diſtulimus, donec prævio maturo examine mentem noſtram eidem explicare poſſemus.

Cùm autem tria potiſſimum Puncta eædem contineant, eis breviter in modum ſequentem reſpondendum duximus. Ad primum quod attinet,ſalvos confœderatorum Principum conductus concernens, nec eos, nec cujuſcumque alterius ſecuritatis procurationem noſtro oneri incumbere, vel in noſtrâ poteſtate eſſe credimus. Unde primis viduitatis hujus Eccleſiæ diebus ,quibus nulla de Eminentiſſimæ Celſitudinis veſtræ adventu cogitatio nobis incidiſſe poterat, Decreto Capitulari, paſſaportuum vel cujuſcumque alterius in itinere ſecuritatis procurationem, non ad nos, ſed ad Confratres noſtros abſentes, quorum plures etiam in Germaniâ & aliis Provinciis morabantur, ſpectare declaravimus, prout etiam pluries ante caſum præſentis Electionis declaratum fuerat. Quoad Punctum optati ab Eminentiſſimâ Celſitudine veſtrâ Copiarum exterarum ab hâc Civitate receſſus, ſi viciſſim à Rege Chriſtianiſſimo ſuarum Copiarum ex Caſtris & Oppidis Bullionenſi,Dionantenſi,Huenſi,ac totâ Patriâ diſceſſum, noſtriſque in ea liberum ingreſſum obtinere dignaretur; apud Imperatorem alioſque confæderatos Principes inſtare poſſemus, ac libenter omnem operam eum in finem impenderemus.

De cetero Eminentiſſimæ Celſitudinis veſtræ convocationem ſuas pati difficultates plurimùm dolemus; licèt enim pro ſuâ Eminenti Cardinalatûs dignitate, ac hujus Eccleſiæ Præpoſiturâ, ſingularibuſque ſuis meritis,omnem,quem debemus, reſpectum habeamus; cùm tamen Eccleſiæ noſtræ Statuta ac laudabiles Conſuetudines hactenus inconcuſsè obſervatæ (quorum obſervationem quilibet Canonicus in ſuâ admiſſione juravit) Eos qui in feſto ſancti Ægidii Capitulo

perſonaliter vel ad minùs per Procurationem ſe non repræſentaverint, foraneos declarent, qui juxta eadem Statuta, quorum copia hic jungitur, negotiis Capitularibus intereſſe, vel ſuffragium dicere non poſſunt, etiamſi de Electione Epiſcopi, Præpoſiti vel Decani, & quâvis aliâ re arduâ ageretur: ſperamus Eminentiſſimam Celſitudinem veſtram ægrè non laturam, ſi præfatis Statutis ac juramento noſtro nos conformantes, ab ejus convocatione abſtineamus; eamdem etiam enixiſſimè rogamus, ut perſuaſum omnino ſibi habeat nos in hâc Electione nil niſi gloriam Dei, majus Eccleſiæ ac Patriæ bonum unicè ſpectaturos, & cum omnimoda libertate ſuffragium daturos. Interim eo quo par eſt reſpectu manemus,

Sereniſſimæ & Eminentiſſimæ Celſitudinis veſtræ,

Humillimi & devotiſſimi ſervi
Decanus & Capitulum Perilluſtris
Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis.

De mandato RR. Adm. Perilluſtrium &
Generoſorum Dominorum meorum præfatorum,
G. Schepers.

Leodii 27. Feb. 1694.

Extractum ex Statutis Perilluſtris Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis.

Articulo

De Capitulis ordinariis & ſpecialibus.

ITem Canonicus foraneus, item qui impetratâ gratioſâ abſentiâ ab Eccleſiâ abeſt, niſi primam & annualem Reſidentiam abſolverit, item qui in ſacro Subdiaconatûs ordine non eſt conſtitutus, nullomodo, etiamſi de Electione Epiſcopi, Præpoſiti, Decani, aut quâcumque & quantumvis ardua re tracte-

tur, negotiis Capitularibus intereſſe, aut ſuffragium dicere non poterit.

Per Extractum ut ſupra,
G. SCHEPERS.

REVERENDIS ADMODUM GENEROSIS & Perilluſtribus viris D. D. Decano, Canonicis & Capitulo Perilluſtris Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis; Emmanuel Theodoſius à Turre-Arverniæ, miſeratione divinâ, S. R. E. Cardinalis Bullionius, necnon Præpoſitus major, Cuſtos & Canonicus ejuſdem Perilluſtris Eccleſiæ Leodienſis, Confratribus chariſſimis S. P. D.

NIHIL impræſentiarum, Confratres chariſſimi, reſcribere duximus ad duo prima Puncta Litterarum nomine Perilluſtris Capituli Leodienſis de Die 27. menſis Februarii proximè elapſi ad nos perlatarum per Tubicinem, cùm alia omnis via ad vos, S. R. E. Cardinali interclusa hucuſque fuerit. Sed reverâ nos plurimùm movet, quòd incerti aliqui videantur circa convocationem noſtram, quæ de jure ad proximam Electionem futuri Epiſcopi & Principis Leodienſis debet fieri. Doletis (quæ quidem vox ſemper veſtrum erga nos ſtudium profitetur) doletis itaque, ut terminis iiſdem in veſtris Litteris inſertis utar, noſtram convocationem plurimas pati difficultates, ſed unde hæ difficultates poſſint procedere non video.

Novi equidem aliquos inter vos, nec illos indicare licet, quamquam ſatis notos, qui modis omnibus curare ſatagunt me, tanquam ſi à Capitulo alienus eſſem, arcere à futurâ Electione, cui intereſſe & debeo & cupio; conantur inſinuare & ſuggerere me tanquam foraneum privandum voce activâ; nituntur, ad ſuffragia aucupanda, Statutis, quæ certè in pra-

vum ſenſum detrudunt. Proferantur & adducantur in medium illa Statuta, quorum copiam authenticam à Perilluſtri Capitulo Leodienſi ſupplex requiro.

Nullibi, quantum meminiſſe poſſum, invenietur, privandum eſſe voce activâ in Electione Epiſcopi, Præpoſiti, aut Decani, Canonicum, qui non comparuit per ſe aut Procuratorem ſuum in Capitulo ſancti Ægidii; immò abſentes debent ſemper vocari, impenſis eligendi, ni fallor.

Noſtrâ intereſt omnium, Confratres cariſſimi, Electionem canonicam fieri. Æquè in Leges & Statuta committit, qui verba Statuti amplexus, contra Statuti ipſius nititur voluntatem; nec pœnas inflictas violatoribus Legum & Canonum evitabit, qui ſe contra juris ſententiam, ſervatâ verborum formulâ, fraudulenter excuſat, ut ferunt Conſtitutiones Imperiales.

Advertatis ergo quæſo, Confratres chariſſimi, nullas exceptiones etiam legitimas, ſi quæ ſint, poſſe Perilluſtre Capitulum Leodienſe me abſente opponere: illæ exceptiones debent me præſente & audito in Capitulo, proponi & diſcuti; & ſic prius eſt ut vocer ad Capitulum.

Nullæ pœnæ à Statuto verbis quantumlibet expreſſis inflictæ poſſunt pronunciari legitimè, niſi priùs audiatur is qui multas & quidem legitimas poteſt adducere rationes, quibus pœnæ poſſit indulgentiam mereri & impetrare.

Multa poſſem equidem adducere, ſed veſtrûm eſt conſulere, Deum præ oculis habentes, qui rectas proborum virorum voluntates perſpicit, & aſtutorum conſilia deridet & ſubſannat.

Licèt ſemper erga vos omnes & ſingulos uſque ad extremum vitæ ſpiritum omnia obſequia præſtiturum palàm hìc profitear, tamen ſpondeo Dignitatis meæ Cardinalitiæ jura & prærogativas, nec non jura mihi, ratione Præpoſitatûs majoris, Cuſtodiæ & Canonicatus Eccleſiæ Leodienſis competentia, etiam cum vitæ diſcrimine, me ſemper acriter defenſurum, & omnia juris & facti remedia opportuna & Canonica, totis viribus me adhibiturum, ut in me illæſa Dignitas permaneat.

Arcendus ſcilicet videtur ab aliquibus, ab Electione, S. R. E. Cardinalis, & Præpoſitus veſtræ Eccleſiæ. Reducatur, ſi lubet,

in infimam conditionem Canonici noviter admiſſi, moveatur à ſtallo in Choro; nunquid, quamdiu Canonicatu privatus non erit, deterioris conditionis fiet antiquus Canonicus à 37. annis à vobis admiſſus, quàm juvenis qui nondum adhuc reſedit. Sed in præcedenti Electione admiſſi ſunt, qui voluerunt ſuam reſidentiam inchoare, & vocem activam habuerunt in Electione, Capitulo ita ordinante.

Omnia media adhibeantur ad pacem & concordiam tuendam, ſalvâ dignitate meâ & honore lubenter ſubſcribam; & ſi ita viſum fuerit Capitulo, novæ reſidentiæ legibus me ſubmittere non dedignabor.

Nemo veſtrûm ignorat, quanto ſtudio honorem & libertatem Eccleſiæ veſtræ ſemper proſecutus fuerim, etiam cum propriæ gentis & familiæ diſpendio.

Recondantur Archivia & Annales Eccleſiæ Leodienſis; perlegatur attentè Decretum factum me auctore & proponente, die octavâ Februarii anni 1680. de alienatione Oppidi Bullionenſis & Caſtri Dionantenſis, intelligent omnes me nihil bono Patriæ & Eccleſiæ Leodienſis unquam antetuliſſe.

Confido, Confratres chariſſimi, ſolitâ veſtrâ erga me benignitate & benevolentiâ, conſilia pacis vos inituros, & aliud reſponſum ad nos brevi deferendum, quod omnem juſtæ querelæ & gravaminis occaſionem tollat. Interim mei erga vos omnes & ſingulos officii & muneris immemorem me nullo unquam temporis ſpatio futurum polliceor.

Hui die Martii 1694.

RESPONSUM CAPITULI.

SERENISSIME AC EMINENTISSIME PRINCEPS,

DE benevolâ Eminentiſſimæ Celſitudinis veſtræ in hanc Eccleſiam & nos propenſione, quam & ſuis ultimis ad nos datis Litteris confirmare dignata eſt, nunquam dubitavimus. Illam ſæpiùs ac præcipuè occaſione alienationis, quæ timebatur, Ducatûs Bullionenſis & Caſtri Dionantenſis, li-

cèt eorum reſtitutionem non obtinuerimus, fuimus experti. Eò graviori idcirco dolore afficimur, quòd Eminentiſſimæ Celſitudinis veſtræ, cui tot nominibus nos devinctos profitemur, deſideriis reſpondere non poſſimus; à Statutorum enim ac laudabilium Conſuetudinum hujus Eccleſiæ obſervatione, quibus jurejurandi religione obſtringimur, nullatenùs nobis recedere licet: unde cùm dicta Statuta ac Conſuetudines ejuſdem convocationi obſtent, facilè nobis Eminentiſſima Celſitudo veſtra compatietur, ſi juramento noſtro nos conformemus, prout nuperis noſtris Litteris, poſt maturam in pleno Capitulo hujus negotii diſcuſſionem, non aliqui, ſed unanimiter omnes, capitulariter congregati, Eminentiſſimæ Celſitudinis veſtræ ſignificandum duximus. Quin autem Statuta ac memoratæ Conſuetudines, eos qui in die ſancti Ægidii Capitulo ſeſe non præſentaverint, vel ſi ſe præſentaverint, eo anno apud Eccleſiam ſex menſes integros & unam diem non reſederint, foraneos declarent, eademque à voce activâ foraneos excludant, apud nos nunquam fuit dubitatum: & illud ipſum Eminentiſſima Celſitudo veſtra perſpiciet ex eorumdem Extractu, cujus tranſmiſſionem ſufficere credimus, niſi fortè totius Statuti molem excopiari ac tranſmitti deſideret. Abſentes quidem, impensâ eligendi, juxta Statuta convocandos eſſe non diffitemur; verùm de abſentibus jus ſuffragii habentibus hæc particula intelligitur, nec aliter intelligi poteſt, cùm aliàs iis, quæ in priori parte ſunt expreſſa, adverſaretur; & Canonicus abſens, etiam in ſacris Ordinibus non conſtitutus, convocari deberet: unde illam, tanquam ad quæſtionem non pertinentem & articulum diverſum conſtituentem, in Extractu nuper tranſmiſſo omiſeramus, quam tamen hîc junctam tranſmittimus.

Quod verò nobis Eminentiſſima Celſitudo veſtra inſinuat, exceptiones & rationes, eâdem præſente in Capitulo, proponi ac diſcuti debere; ab obſervatione & uſu hujus Eccleſiæ omnino alienum eſt, cùm juxta articulum octavum juramenti quod Scholaſticus præſtare tenetur, cujus copiam etiam jungimus, ille, eos, quorum cauſa agitur, ut à Capitulo recedant, monere teneatur: rationes tamen, ſi ſcripto illas communicare dignata fuerit, animo lubenti, prout hactenus, maturo

examini ſubjiciemus,nil aliud hocce in negotio præoculis habentes quàm quod æquitati ac juſtæ rationi conveniat,ſtatuere.

Ad id quod aſſeritur, in præcedenti Electione eos ad votum ferendum fuiſſe admiſſos, qui reſidentiam ſuam inchoare voluerunt, Eminentiſſimæ Celſitudinis veſtræ dicemus, nullum fuiſſe admiſſum, niſi qui juxta Statuta fuerit admittendus, immò aliquos ex Confratribus noſtris à voce activâ fuiſſe excluſos.

In eo porro cum Eminentiſſima Celſitudine veſtra convenimus & pro indubitato juxta Statuta habemus, antiquum Canonicum qui ſit foraneus eo anno & quoad fructus percipiendos & quoad votum ferendum, deterioris conditionis eſſe eo qui nondum reſedit, cùm hic, quandocumque voluerit, reſidentiam inchoare poſſit; ille, niſi die ſancti Ægidii Capitulo ſe perſonaliter præſentaverit, & à reſidentiâ fructuosâ & à voto ferendo arceatur: inauditumque hactenus foret ac menti Statutorum planè repugnans, Canonicum ſemel à primâ reſidentiâ abſolutum, & ad ſecundam admiſſum, ex eo quòd eſſet foraneus, ad novam reſidentiam admitti, nec illam Statutorum leges eludendi, methodum approbare poſſemus.

Eminentiſſimam Celſitudinem veſtram enixè rogamus, ut non nobis ſed Statutorum quibus adſtringimur, legibus imputare velit, ſi ejus intentioni non ſatisfaciamus, nulli enim pœnarum à Statutis inflictarum, quod ſciamus, hactenus indulgentiam imperciti ſumus, nec impertiri nos poſſe credimus. Interim eo, quo par eſt, reſpectu manemus,

Sereniſſimæ & Eminentiſſimæ Celſitudinis veſtræ,

Humillimi & devotiſſimi ſervi,
Decanus & Capitulum Perilluſtris
Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis.

De mandato R. R. Adm. Perilluſtrium
Generoſorum Dominorum meorum Præfatorum.
G. SCHEPERS.

Leodii, 11. *Martii* 1694.

Extractum

Extractum ex Statutis Perilluſtris Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis.

De ſecundâ Reſidentiâ.

QUICUMQUE in Eccleſiâ Leodienſi, factâ prima reſidentiâ volet reſidere & fructus facere, debebit in feſto B. Ægidii antedicto perſonaliter in Capitulo Generali ſub horam ſummæ Miſſæ ſe exhibere, & ſi fortè anno præcedente non reſideat, ſe expreſſis verbis ad reſidentiam offerre & preſentare, nulla exceptione, allegatione, aut prætextu in contrarium ſuffragante, niſi, ſi quis graviſſimè ægrotet, & medici aut Capituli, ſi in loco ægritudinis erit Capitulum, aut Eccleſiæ de ſpeciali Capituli mandato & cum expreſsâ etiam gratia & licentia ſeſe abſentandi in antedicto die beati Ægidii abeſſe conſtet.

Item quicumque in feſto beati Ægidii ſe ad ſecundam reſidentiam exhibuerit aut præſentaverit, reſideat eo anno apud Eccleſiam ſex menſes integros & unam diem continuè, vel diſcontinuè, alioquin pro *foraneo* habeatur, nec ullos omnino fructus faciat eo anno, niſi licentiâ Capituli abeſſe illum contingat, quin etiam receptos fructus reſtituere teneatur, quod niſi fecerit, anno ſequente ad reſidentiam non admittatur, nec abſentia gratioſa ei concedatur, & ſi eum interim mori contingeret, non habeat annum gratiæ.

Per Extractum ut ſuprà,
G. SCHEPERS.

Extractum ex Statutis Perilluſtris Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis.

De Capitulis ordinariis & ſpecialibus.

ITEM Canonicus *foraneus*, item qui impetratâ gratioſâ abſentiâ ab Eccleſiâ abeſt, niſi primam & annualem reſidentiam abſolverit, item qui in ſacro Subdiaconatûs Ordine

non eſt conſtitutus, nullo modo, etiamſi de electione Epiſcopi, Præpoſiti, Decani, aut quâcumque & quantumvis arduâ re tractetur, negotiis Capitularibus intereſſe, aut ſuffragium dicere non poterit, ſic tamen, quod vacante Epiſcopatu, Præpoſiturâ, aut Decanatu (impensâ eligendi) abſentes Confratres ſunt vocandi.

Per Extractum ut ſuprà,

G. SCHEPERS.

Articulus octavus extractus ex juramento & conditionibus per Reverend. Adminiſt. ac Perilluſtrem Dominum Scholaſticum juratis.

DOMINORUM recedere cupientium opiniones ante quoque rogabit, ac quando tractabuntur Epiſcopum & Capitulum concernentia, debebit eorum qui Principi aſtricti ſunt, ſententias primùm inquirere, & illos, ut recedant, admonere; ſimiliter eos, quorum propria cauſa agitur, necnon eorum fratres, conſanguineos & affines uſque ad gradum ſecundum incluſivè: & niſi receſſerint, vota colligere non poterit.

Per Extractum ut ſuprà,

G. SCHEPERS

REVERENDIS ADMODUM GENEROSIS & Perilluſtribus viris D. D. Decano, Canonicis & Capitulo Perilluſtris Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis; Emmanuel Theodoſius à Turre-Aruerniæ, miſeratione divinâ, S. R. E. Cardinalis Bullionius, necnon Præpoſitus major, Cuſtos & Canonicus ejuſdem Perilluſtris Eccleſiæ Leodienſis, Confratribus chariſſimis S. P. D.

UBI primùm Litteræ, Confratres chariſſimi, de die 11. menſis currentis, nobis redditæ fuerunt nomine Perilluſtris Capituli Leodienſis, incredibili triſtitiâ commoti fuimus, licet eædem Litteræ ſemper exhibere videantur ſolitam erga nos propenſionem, cujus quidem gratias agimus, quas debemus, ſcilicet maximas; certè aliquot dies, contra morem meum, abſtinui à reſponſo faciendo, ut aliquas juſto dolori inducias relinquerem.

Sanè eo ipſo tempore, quo veſtrum erga nos ſtudium exhibetis, quo me, vobis, Patriæ & Eccleſiæ Leodienſi devinctum agnoſcitis, tamen à veſtro conſortio & votorum communione prohibeor in Electione futura.

Quorſum, Confratres cha-

AUSSI-TOST Meſſieurs mes tres-chers & Illuſtres Confreres, que j'ay receu la Lettre en date du onziéme de ce mois, qui m'a eſté écrite au nom du tres-Illuſtre Chapitre de Liege, j'en ay receu une triſteſſe, que je ne ſçaurois exprimer: Bien que cette Lettre ſemble toûjours me marquer voſtre amitié ordinaire pour moy, dont je vous fais de tres-humbles remercimens. J'ay differé quelques jours, contre ma couſtume, de faire réponſe, afin de donner cependant quelque tréve à ma juſte douleur.

Dans le meſme-temps que vous me marquez voſtre affection, que vous reconnoiſſez vous-meſmes que j'ay eſté toûjours attaché au Païs & à l'Egliſe de Liege; l'on veut m'empeſcher d'avoir aucune liaiſon avec Vous, & de donner mon Suffrage à la prochaine Election d'un Eveſque.

A quoy ſervent, je vous prie,

Meſſieurs mes tres-chers Confreres, toutes ces remiſes, pour differer de m'appeller dans la prochaine Election. On allegue des Statuts. Que ces Statuts ſoient autant valables qu'on voudra, qu'on ſuppoſe qu'ils ſont confirmez par le Saint Siege, qu'il n'y ait rien d'ambigu ou d'obſcur dans les termes auſquels ils ſont conceus: Perſonne de vous ne doute que les Statuts, lors qu'ils contiennent principalement quelque peine, doivent quelquefois s'interpreter par rapport aux circonſtances du lieu, des conjonctures des temps, des eſpeces differentes, & ſuivant la qualité des perſonnes, ce qui demande une ſerieuſe reflexion & un examen tres-exact. On ne trouvera en aucun endroit, pas meſme dans cet article qui m'a eſté cité touchant l'Ecolatre, qu'il ſoit permis de condamner perſonne ſans l'entendre: Tout au contraire s'il a des excuſes legitimes à propoſer & qu'il s'offre de les expliquer devant ſes Juges, il faut l'écouter de vive voix, les Loix Canoniques ordonnent que l'on ne condamnera point un homme abſent, s'il veut eſtre entendu parce que toutes les Loix divines & humaines le défendent.

riſſimi, tot dilationes ad convocandum me in futura Electione? ſcilicet adducuntur Statuta. Sint illa Statuta quantumlibet valida, ſint auctoritate Apoſtolicâ firmata, nec ſint concepta verbis ambiguis & obſcuris; nemo veſtrûm ignorat Statuta præſertim pœnalia aliquando interpretanda pro locorum, temporum, & caſûs circumſtantiis, & pro perſonarum qualitate, quæ omnia maturam indagationem requirunt, & nullibi invenietur, ne quidem in articulo Statuti ad me delati, quod ſpectat ad Scholaſticum, quòd liceat aliquem inauditum damnare, immò excuſationes ejus legitimæ, ſi quæ ſunt, vivâ voce audiendæ, cùm paratus eſt eas coram judicibus proponere. Abſens nemo judicetur, ſicut Canones ſtatuunt, nam divinæ & humanæ Leges id prohibent.

Juſqu'à preſent je vous ay ſeulement prié qu'il me fut permis de propoſer mes raiſons au Chapitre, mais ceux qui ont entrepris de m'en empeſcher l'entrée par toute ſorte de voyes, m'ont refuſé

Huc uſque nihil aliud à vobis ſupplex expoſtulavi, niſi ut mihi liceret rationes meas proponere coram Capitulo; ſed illi qui machinati ſunt me arcere modis omnibus à Capi-

tulo, hanc facultatem juri tamen conſonam denegaverunt. Unde, cùm ſemper denegatæ juſtitiæ querela ſuperſit illis quibus gravamen infertur, juris remedia opportuna adhibere cogerer, ut injuriam factam S. R. E. Cardinali, & Præpoſito majori Eccleſiæ Leodienſis, qui quidem primaria poſt Pontificalem Dignitas inibi exiſtit, vindicarem; niſi ſpes adhuc aliqua affulgeret vos negotium attentiùs velle diſcutere, ſicut veſtræ Litteræ innuere videntur. Et cùm ſemper pacis amantiſſimus fuerim, animo revolvens omnia media quæ poſſent adhiberi, ut omnes ambages, quæ proculdubio futuræ Electioni poſſent obeſſe, reſecentur, ſtatui hæc vobis media exponere in ſimplicitate cordis & ſinceritate.

Expediatur nomine Perilluſtris Capituli Salvus-conductus, cujus fidem & ſecuritatem ſpondebit Capitulum, prout debet; brevi & intra tres aut quatuor horas, ſolo famulatu ſtipatus, ad Civitatem Leodienſem accedam, vobis omnibus & ſingulis & Capitulariter congregatis, rationes & excuſationes validas, quibus me à prætenſâ *foraneitate* eximere poſſum, & quibus

cette permiſſion, qui eſt toutefois conforme au Droit. Ceux qui ſouffrent griefs, ont toûjours la voye de ſe plaindre du deny de Juſtice; ce qui fait que je ſerois obligé de me ſervir des voyes permiſes par le Droit, pour faire reparer l'injuſtice faite à un Cardinal & au Grand Prevoſt de l'Egliſe de Liege, qui eſt la premiere Dignité aprés l'Epiſcopale : s'il ne me reſtoit encore quelque eſperance, ſuivant que voſtre Lettre ſemble l'inſinuer, que vous voudrez bien examiner cette affaire avec plus d'attention. Et comme je recherche paſſionnement la Paix, j'ay repaſſé dans mon eſprit tous les expediens, pour retrancher les obſtacles qui pourroient ſans doute empeſcher la future Election; & j'ay reſolu de vous propoſer ces moyens avec toute ſorte de ſincerité.

Que le tres-Illuſtre Chapitre de Liege expedie un Paſſeport dont il garantira, comme il doit, la ſeureté & l'execution; auſſi-toſt & en trois ou quatre heures je m'en iray à Liege accompagné de mes ſeuls domeſtiques, je vous propoſeray à tous en general & en particulier & capitulairement aſſemblez, mes raiſons & mes excuſes valables qui peuvent m'affranchir de la pretenduë foraneité *qu'on m'oppoſe & qui prouvent*

qu'on ne peut me priver de ma voix ſous pretexte de ces Statuts; je me retireray enſuite du Chapitre, afin qu'on puiſſe librement decider.

Que ſi cet expedient n'agrée pas au Chapitre, qu'au moins il me faſſe la grace de députer Meſſieurs les tres-Illuſtres Grand Doyen & les ſept Grands Archidiacres, qui ſont les premieres dignitez de l'Egliſe de Liege, avec deux autres de mes Confreres les plus anciens Docteurs en l'Univerſité de Louvain. L'affaire ſera ainſi facilement diſcutée avec ces perſonnes dont la fidelité, la ſcience jointe à une probité ſinguliere, & l'experience dans les affaires eſt connuë à tout le monde.

Je m'offre de fournir & garantir à tous ces Meſſieurs, recommandables par leur merite, des Paſſeports, & je me charge au peril de ma vie de leur procurer toute ſorte de ſureté, & à leurs Domeſtiques pour venir dans la Ville de Huy, & pour s'en retourner à Liege. Je ſoumets à l'examen & au jugement de ces dix Perſonnages tres-éclairez, tous Compatriotes Liegeois, les raiſons que j'entens alleguer contre la prétenduë foraneité, *pourveu que le Chapitre avant qu'ils par-*

etiam facilè demonſtrabo, me in vim horum Statutorum voce activâ privari nequaquam poſſe, proponam; poſtea diſcedam à Capitulo, ut ſententiam, quæ ipſi æqua videbitur, poſſit pronuntiare.

Sin forſan hoc non arrideat Capitulo, ſaltem dignetur Capitulum, Illuſtriſſimos D. D. Decanum & ſeptem majores Archidiaconos, qui quidem ſunt primariæ Dignitates in Capitulo, cum duobus antiquis Canonicis in Univerſitate Lovanienſi Doctoribus, deputare. Cùm hiſce viris clariſſimis, quorum fides, ſcientia cum ſingulari probitate conjuncta, nec non in rebus agendis experientia omnibus nota eſt, negotium facilè diſcutietur.

Salvos-conductus hiſce omnibus viris ſpectabilibus, cum eorum comitatu, offero & ſpondeo, & ſecuritatem omnem & incolumitatem tam venientibus in Civitatem Huenſem, quàm redeuntibus in urbem Leodienſem, etiam cum capitis mei periculo polliceor. Momenta quæ adverſus prætenſam *foraneitatem* opponere intendo, examinanda & judicanda illis decem viris clariſſimis ſubjicio libenter, modò ante ipſorum diſceſſum,

Capitulum ipſis declarare velit, partium perſonam exuendam, ut perſonam judicum induant. Totum hoc negotium, cùm facile ſit iter per Moſæ fluvium, poteſt ſine ullo periculo expediri paucis diebus.

Sin ea media, à me, ad controverſiam de quâ agitur, faciliùs & promptiùs dirimendam, vobis expoſita rejiciantur, omnibus palam fiet nullam in deliberationibus Capituli libertatem reperiri; & potentiam eorum qui minacem furorem poſſunt oſtendere, ſi veſtræ ſententiæ ipſis gratæ non habeantur, prævalere adverſus omnes Leges juſtitiæ conſonas. Quomodo enim, ſi res aliter ſe haberent, poſſet Perilluſtre Capitulum Leodienſe, quod à naſcentis Eccleſiæ exordio, præ cæteris Germaniæ Inferioris Capitulis & pietate & doctrinâ & zelo juſtitiæ præcelluit, in quo tot & tanti viri ſcientiæ Legum divinarum & humanarum, libertatis Canonicæ, & veræ Religionis ſtudioſi reperiuntur, adduci, ut Cardinalem S. R. E. cujus ſe filiam Eccleſia Leodienſis gloriatur, Cardinalem inquam, & Præpoſitum majorem Eccleſiæ Leodienſis, numquam de vobis

tent, leur declare que ſon intention eſt qu'ils ſe depoüillent de la qualité de parties, pour prendre celle de Juges. Toute cette affaire, par la facilté qu'il y a d'aller & retourner par la Meuſe, ſe peut terminer ſans aucun peril & en peu de temps.

Que ſi on refuſe cet expedient que je propoſe pour terminer plus facilement & plus promptement la difficulté dont il s'agit, tout le monde reconnoitra par ce refus, qu'il n'y a aucune liberté dans les deliberations du Chapitre; & que la puiſſance de ceux qui peuvent intimider par menaces, ceux dont les ſentimens ne leur plaiſent pas, prevaut à toutes les Loix, qui ſont conformes à celle de la Juſtice. Car comment ſe pourroit-il faire, ſi les choſes eſtoient dans une autre ſituation, que le tres-Illuſtre Chapitre de Liege, qui dés le temps de l'Egliſe Primitive s'eſt renduë recommandable par deſſus les autres de la baſſe-Allemagne, par ſa Pieté, par ſa Doctrine & par ſon zele pour la Juſtice, & où l'on trouve à preſent de ſi grands Hommes appliquez à la connoiſſance des Loix divines & humaines, & ſi zelez pour la liberté Canonique & la veritable Religion, pourroit-il ſe porter à cette extremité ſacheuſe de priver un Cardinal de l'Egliſe Romaine, dont l'Egliſe de Liege a toûjours

fait gloire de ſe nommer la fille, un Cardinal, dis-je, & un Grand Prevoſt de l'Egliſe de Liege, qui n'a jamais en rien demerité de vous, & qui n'a jamais eſté méconnoiſſant des bien-faits qu'il en a receus; comment le priver ainſi ſans l'avoir entendu auparavant, d'un droit qui eſt inherent à ſon Canonicat dont il joüit depuis trente-ſept années, ou au moins, comment luy refuſer la liberté de pouvoir expliquer de vive voix ſes raiſons, avant que de le condamner.

immeritum, neque immemorem beneficiorum in ipſum a vobis collatorum, inauditum tamen jure Canonicatui quem à 37. annis poſſidet in Eccleſiâ Leodienſi, cohærente privaret, aut ſaltem ipſi facultatem toties ſuppliciter expoſtulatam ſuas rationes vivâ voce proponendi antequam damnetur, denegaret.

Sans cela, Meſſieurs & tres-chers Confreres, je ſerois neceſſité de venger par toutes ſortes de voyes de Droit, le mépris & l'injuſtice faite en ma Perſonne, à un Cardinal de l'Egliſe Romaine, & au Prevoſt de celle de Liege: à moins que je ne vouluſſe me déferer par tout moy-meſme comme coupable ou complice du violement ou de la tache qui ſeroit faite à la Pourpre & la dignité de Cardinal.

Unde me in eum caſum miſerabilem devenire neceſſe foret, ut contumeliam factam S. R. E. Cardinali, & Præpoſito Eccleſiæ Leodienſis, modis omnibus & viâ juris ulciſcerer, niſi vellem me violatæ & contaminatæ Purpuræ & Dignitatis Cardinalitiæ reum & conſcium ubique deferre.

Je ſuis bien éloigné de ces ſentimens; au contraire, je declare que devant & aprés l'Election (ſi toutefois on veut hazarder d'en faire une ſans m'y appeller, bien qu'il y ait plus de trois ſemaines que je me ſois rendu dans le Dioceſe de Liege) j'employeray toutes les voyes & tous les moyens de Droit, afin que les droits de ma Dignité ne reçoivent aucune atteinte.

Abſit hoc à me; immò & ante & poſt Electionem (ſi quæ tamen poſſit fieri cum periculo nullitatis, me ſic contempto, licèt conſtitutus ſim à viginti diebus & ampliùs in Diœceſi Leodienſi) media omnia me adhibiturum profiteor, ut in me ſemper intacta remaneant jura Dignitatis.

Quin

Quin etiam totis viribus adlaboraturum polliceor, ut Confratres meos chariſſimos, qui nullam etiam in ſuffragiis ferendis in poſterum libertatem poſſunt habere, metu aut reverentiâ Potentiorum ita ſuadente, necnon recentiorum exemplorum memoriâ adhuc terrentur, adjuvem & confortem, ut Canonica fiat Electio, & ipſorum arbitrium non ſolùm ab oppreſſione manifeſtâ, ſed etiam ab occultâ formidine liberum tandem fiat.

Audio ab aliquibus prætendi à Perilluſtri Capitulo Leodienſi *foraneum* declaratum fuiſſe Sereniſſimum Principem Ludovicum Antonium Comitem Palatinum Rheni, ſupremum Ordinis Theutonici Magiſtrum, necnon Coadjutorem Electoratùs Moguntini; ſed fruſtrà illud exemplum adducetur: nam cùm Legibus & non exemplis judicandum ſit, & ſententia ſi quæ ſit, non poſſet tertio præjudicare; quis neſciat hoc callidè & aſtutè conceptum, ut mihi facilius præjudicaretur? Inſidiæ non ſic parandæ ſunt, cùm facilè poſſunt detegi.

Je m'engage encore de travailler de toutes mes forces pour aider Meſſieurs mes tres-cheres Confreres, qui n'ont ou ne peuvent avoir à l'avenir aucune liberté dans leurs Suffrages, par la crainte ou le reſpect des plus puiſſans, & par les exemples recens du paſſé, afin de procurer une Election Canonique, & qu'enfin leur volonté demeure libre & affranchie de toute ſorte d'oppreſſion non ſeulement ouverte, mais encore de celle qui quoy que ſecrete, ne laiſſe pas de produire encore plus d'impreſſion.

J'apprens de quelques-uns que le tres-Illuſtre Chapitre de Liege prétend avoir déja declaré foran *le Sereniſſime Prince Loüis Antoine, Comte Palatin du Rhin, Grand Maiſtre de l'Ordre Teutonique, & Coadjuteur de l'Electorat de Mayence, mais on alleguera fort inutilement cet Exemple contre moy; c'eſt la Loy & nons pas un Exemple qui doit decider; & les Loix veulent qu'un Jugement rendu contre un autre, ne puiſſe préjudicier à un tiers. Qui ne ſçait d'ailleurs, que cela s'eſt concerté avec addreſſe & fineſſe pour tâcher d'établir un préjugé contre moy. Il ſeroit à propos que ceux qui tendent ainſi des pieges, euſſent aſſez de précaution, pour ne les pas faire découvrir à ceux qu'ils voudroient y faire tomber.*

Mais quelque deſſein qu'on ait eu, j'avouë franchement que le Sereniſſime Prince Comte Palatin a beaucoup d'avantage ſur moy, par les Titres Seculiers & par les rares qualitez de ſon eſprit; mais ſans me départir du reſpect deu à ce Prince, on me permetira d'alleguer, qu'il n'eſt pas revètu de la Dignité de Cardinal. Et de plus, je puis ajoûter qu'il n'a pas les meſmes excuſes, que moy, comme je ſuis preſt de les propoſer, & d'en aſſurer meſme la verité devant le Chapitre, par la religion du ſerment: Ce qui fait que cet Exemple ſingulier, qu'on a inventé pour nuire à ma prétenſion, ou pour établir un préjugé, s'il eſtoit poſſible, ne doit point eſtre tiré à conſequence.

Sed quidquid ſit, fateor lubenter Sereniſſimum Principem Comitem Palatinum, multis Titulis ſæcularibus, & præſtantiſſimis animi dotibus, quibus pollet, me antecellere; ſed Sereniſſimi Principis pace dictum velim, Cardinalatûs Dignitate non præfulget. Inſuper non poſſet eaſdem excuſationes adducere, quas proponere & firmare etiam jurejurando coram Capitulo paratus ſum: unde evaneſcere debet illud exemplum adinventum in cauſæ meæ necem aut præjudicium, ſi ita fieri poſſet.

Il ne faut plus à preſent, Meſſieurs mes tres-chers Confreres, qu'on vous faſſe uſer de vains délais, j'attens voſtre réponſe, que je vous ſupplie de me faire au plûtard dans huit jours. J'ay une pleine & entiere confiance que le tres-Illuſtre Chapitre, touché de mes offres, qui ſont faites ſans artifice, & de mes tres-humbles prieres, ne ſouffrira pas plus long-temps qu'on forme des empeſchemens, pour refuſer ce que je propoſe avec tant d'inſtance & d'affection, pour le bien de la Paix.

Nullæ moræ fruſtratoriæ ampliùs opponendæ, Confratres chariſſimi; Reſponſum à vobis expecto, ſaltem infra octo dies. Ad vos hæc ſcribo ſperans Perilluſtre Capitulum Leodienſe amantiſſimis meis conſiliis ſine fuco prolatis, & precibus humillimis permotum, noſtra concordiæ ſtudia non ampliùs impediturum.

Je ne crois pas avoir rien obmis juſqu'à preſent, de ce qui pouvoit ſervir à réünir les eſprits pour

Nihil ſanè me prætermittere opinor eorum, quæ ad noſtros omnium animos in bo-

num commune Patriæ & Eccleſiæ Leodienſis conjungendos & conſociandos, uſui eſſe poterant.

Et ut omnibus, etiam vulgi hominibus, præſertim Leodienſibus, Latinæ linguæ penitus ignaris, ſi repulſam à vobis iterum patiar, innoteſcere deinceps poſſit, quid Perilluſtri Capitulo per hancce Epiſtolam ſignificaverim, præſertim ad ipſius Capituli nunc oppreſſi & ſingulorum Capituli membrorum futuram defenſionem & tuitionem, hancce Epiſtolam de Latino in Gallicum ſermonem verti curavi: & hancce vernaculam Verſionem ad vos, Confratres chariſſimi, etiam tranſmitto, ut cum Originali Latino in Archiviis Capituli reponatur, & ſic, quando opus fuerit, in ipſis Archiviis, illa duo juſtæ meæ querelæ & optionis oblatæ conditionis monumenta reperiantur.

Interim, Confratres chariſſimi, quouſque Litteras veſtras, quas expecto quàm citiùs poterit, receperim, me nihil ſuſcepturum polliceor, quod tantiſper ab obſequio & conſuetudine meâ erga vos, & à reverentiâ quam ſemper exhibebo circa ea quæ exteriùs poſſunt veræ & genuinæ Per-

contribuer au bien commun du Pays & de l'Egliſe de Liege.

Et afin que tous les peuples, principalement ceux de Liege, qui n'ont aucune intelligence du Latin, puiſſent eſtre informez, en cas que l'on me refuſe ce que je demande, de ce que je vous ay marqué & témoigné par celle que je vous écris en langue Latine, j'ay eu ſoin de la faire traduire en François pour ſervir tant à la défenſe & à la ſeureté du Chapitre de Liege, qui eſt à preſent dans l'oppreſſion, que des particuliers qui la compoſent. Je vous envoye, mes tres-chers Confreres cette meſme Lettre traduite de Latin en François, afin qu'on puiſſe l'inſerer avec l'Original Latin dans les Archives, & que lors qu'on en aura beſoin, on puiſſe y trouver ces deux monumens de la juſtice de mes plaintes, & des offres que j'ay faits au Chapitre ſous des conditions faciles & avantageuſes.

Juſqu'à ce que j'aye receu réponſe à celle-cy, que j'attens au plûtoſt, je m'engage, Meſſieurs mes tres-chers Confreres, de ne rien faire qui puiſſe tant ſoit peu s'éloigner du reſpect que j'ay toûjours eu pour tout ce qui peut eſtre regardé exterieurement pour eſtre les ſentimens du tres-Illuſtre Chapitre de Liege; & bien qu'il ſem-

ble qu'on veüille m'accabler de pluſieurs diffiultez, je puis vous aſſurer, que je conſerve toûjours le meſme eſprit & la meſme tendreſſe que j'ay eu & que j'auray toûjours pour vous tous en general & en particulier, vous aſſurant que je ſuis,

Meſſieurs & tres-chers Confreres,

Voſtre tres-affectionné ſerviteur & Confrere, Le Cardinal de Boüillon, *Grand Prevoſt de l'Egliſe de Liege.*

A Huy ce 18. Mars 1694.

illuſtris Capituli Leodienſi ſententiæ nuncupari, poſſit eſſe alienum, meumque erga vos animum, licèt variis difficultatibus premi videatur, ſemper eumdem eſſe, qui antea fuit & ſemper futurus eſt.

Officioſiſſimus ad omnia ſervus & Confrater Cardinalis Bullionius, Magnus Eccleſiæ Leodienſis Præpoſitus.

Hui die 18. Mart. 1694.

RESPONSUM CAPITULI.

Serenissime ac Eminentissime Princeps,

Quibus nos Eminentiſſima Celſitudo veſtra de datâ 18. menſis currentis honorare dignata eſt, Litteræ, & ad nos vigeſimâ ejuſdem delatæ, videntur ad tria potiſſimum Puncta reduci.

Primo illorum Puncto, prioribus noſtris Litteris jam reſpondimus, quibus paſſaportuum vel cujuſcumque alterius in itinere ſecuritatis procurationem, noſtro oneri non incumbere, nec in poteſtate noſtrâ eſſe, eidem notificavimus; ſubjungemus tamen ea, quæ Eminentiſſima Celſitudo veſtra ex Canonibus adducit pro fundandâ, ne abſens judicetur, eamdem in Capitulo audiendi neceſſitate, Caſui præſenti applicari nullo modo poſſe, cùm allegati Canones de judicio Criminali Epiſcopi ſolùm pertractent.

Sed utcumque ſit, ejus rationes & exceptiones, ſi ulteriores habeat, & ſcripto illas communicare Eminentiſſima Celſitudo veſtra dignata fuerit, attentè & maturè diſcutere pa-

 15

rati ſumus, ita ut nequaquam nobis imputari poſſit, quòd illa, ut innuere videtur, inauditâ, hocce in negotio procedamus.

Secundum Punctum, deputationis ad Oppidum Huenſe Decani & ſeptem Archidiaconorum cum duobus antiquis Canonicis hujus Eccleſiæ in Univerſitate Lovanienſi Doctoribus petitionem concernit, quam certè deputationem fieri in hiſce, in quibus verſamur, circumſtantiis, conſultum ac conveniens nullatenus arbitramur; illorum enim, maximè his temporibus, quibus negotiorum multitudine obruimur, præſentiam nobis perquàm neceſſariam eſſe agnoſcimus; petitamque deputationem obſervatæ inviolabiliter hocce in Capitulo conſuetudini adverſari, cùm nunquam niſi ad audiendum & referendum, nullo autem modo ad reſolvendum, dentur Deputati, ac proinde inutilis omnino foret eorum deputatio, qui nihil reſolvere, ſed ſolùm Capitulum informare poſſent, quod ſanè ſcripto faciliùs ac convenientiùs fieri poſſe credimus, cùm in rebus etiam maximi momenti rationes ſcripto datas, verbis quæ facilè è memoriâ excidunt, prævalere notorium ſit, ſoleantque ſemper in quibuſcumque negotiis magis ponderari.

Tertium autem Punctum in quo Sereniſſimi ſupremi Ordinis Theutonici Magiſtri *foraneitatem* callidè adinventam eſſe exiſtimat Eminentiſſima Celſitudo veſtra, ex ſe ipſo corruere videtur, cùm ille ante præſentis Electionis Caſum *foraneus* fuerit declaratus, idemque de Eminentiſſima Celſitudine veſtra ante præfati Sereniſſimi in hanc Civitatem adventum, fuerit reſolutum. Super quo certè miramur aliquos è nobis ab Eminentiſſimâ Celſitudine veſtra calliditatis & aſtutiæ, imò machinationum & inſidiarum argui, cùm unanimis fuerit Capituli ſenſus, & illæ artes Perilluſtri huic Capitulo, quod zelo juſtitiæ cæteris præcellere ipſa agnoſcit, planè ſint ignotæ, ac in ſimplicitate cordis & ſinceritate ſolum Deum præ oculis habentes, in Capituli negotiis procedere, ac omni humano reſpectu ſepoſito reſolvere profiteamur.

Prioribus porrò noſtris Litteris, cæteris quæ uberiùs deducuntur, ſatisfeciſſe credimus, undè eidem iteratò obteſtamur, nos plurimùm dolere, quòd licèt debitum reſpectum pro Eminentiſſimæ Celſitudinis veſtræ meritis, & Cardinali-

tiâ ſua Dignitate habeamus & ſemper habituri ſimus, ejuſdem tamen deſideriis ſatisfacere non poſſimus, noſtriſque Statutis, quibus juramento adſtringimur, inhærere teneamur, humillimè rogantes, ut perſuaſum omnino ſibi habere velit, nos in hoc caſu, ſuffragia noſtra cum omni libertate dixiſſe, & in reliquis futuram Electionem concernentibus dicere pariter continuaturos: interim eâ, quâ par eſt, reverentiâ, Eminentiſſimæ Celſitudini veſtræ diuturnam incolumitatem & proſperitatem adprecantes manemus,

Sereniſſimæ & Eminentiſſimæ Celſitudinis veſtræ,

Humillimi & devotiſſimi ſervi
Decanus & Capitulum Perilluſtris
Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis.

De mandato RR. Adm. Perilluſtrium &
Generoſorum Dominorum meorum præfatorum.
G. SCHEPERS.

REVERENDIS ADMODUM GENEROSIS & Perilluſtribus viris D. D. Decano, Canonicis & Capitulo Perilluſtris Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis; Emmanuel Theodoſius à Turre-Arverniæ, miſeratione Divinâ S. R. E. Cardinalis Bullionius, necnon Præpoſitus major, Cuſtos & Canonicus ejuſdem Perilluſtris Eccleſiæ Leodienſis, Confratribus chariſſimis, S. P. D.

JAm ſatis ſuperque ex præcedentibus meis Litteris, Confratres chariſſimi, potuiſtis intelligere & ſinceritatem & rectitudinem mentis meæ, eam vobis hiſce modis ſignificavi, qui mihi gratiora reſponſa quàm ea quæ hactenus

JE me ſuis déja tant de fois expliqué à vous, Meſſieurs mes tres-chers & Illuſtres Confreres, que vous avez pû connoiſtre la ſincerité & la droiture de mes intentions, d'une maniere qui auroit dû m'attirer des réponſes plus favorables

que celles qui m'ont eſté faites juſqu'à preſent. Je ſçay bien qu'en cela je ne dois me plaindre que de la violence & de l'oppreſſion que le Chapitre ſouffre, qui ne permet pas à ceux qui le compoſent, d'expliquer leurs veritables ſentimens.

Tous ces obſtacles bien loin d'arreſter mon zele, ne ſervent qu'à l'exciter & à m'encourager d'avantage, pour vous fournir tous les expediens qui peuvent procurer la liberté, ſans laquelle il me paroiſt impoſſible qu'on puiſſe faire aucune Election qui ſoit Canonique.

J'ay obtenu de S. M. Tres-Chreſtienne, ſur mes tres-humbles remontrances, la Declaration dont je vous envoye une copie jointe à celle-cy, que je ſuis preſt de remettre en original au Chapitre de Liege, ſuppoſé qu'il veuille l'accepter avec les conditions avantageuſes, qui luy ſont offertes, & dont il me ſemble que le refus chargeroit le Chapitre d'un blâme éternel, & dans la ſuite luy attireroit le reproche de la part des Peuples de la Ville & Païs de Liege.

Cette Declaration explique les intentions de ſa Majeſté d'une maniere à faire ceſſer tous les pre-

recepi, procurare debebant. Novi equidem mihi in hoc ſolùm conquerendum de oppreſſione quam Perilluſtre Capitulum Leodienſe patitur, quæ nullam ipſi libertatem ſenſus intimos & genuinos expromendi relinquit.

Tantùm abeſt ut illa obſtacula zelum meum poſſint refrigerare, ut è contra magis ipſum accendi & erigi ſentiam, ut omnia media adhibere valeam, quibus libertas in proximâ Electione, ſine quâ impoſſibile mihi videtur ullam Electionem Canonicam poſſe fieri, tandem ſtabiliatur.

Enixis meis & humillimis poſtulationibus & ſupplicationibus motus rex Chriſtianiſſimus Declarationem authenticam conceſſit, cujus copiam hiſce Litteris inſertam ad vos tranſmitto, paratus illius Autographum & Originale deponere apud Capitulum Leodienſe, modò ipſi conditiones oblatæ, & utiliſſimæ, gratæ & acceptæ habeantur. Illarum ſanè oblatarum conditionum recuſatio, meo judicio, æternam in Capitulum vituperationem, necnon populorum Leodienſium improperium excitaret.

Hæcce Majeſtatis Chriſtianiſſimæ Declaratio omnes omnino prætextus reſecat, zelus

Majeſtatis ſuæ intactus ad jura Eccleſiæ tuenda nihil optandum ampliùs relinquit: & in hoc ſe nullis propriis commodis ſtudere ſatis teſtatur, cùm, Principibus fæderatis eaſdem ſtationes & ſedes, quas nunc detinent occupatas, poſt Electionem reaſſumendi, facultatem polliceatur. Hucuſque hancce Regiæ voluntatis Declarationem mittere ad vos diſtuli, ſpe fretus, me ipſam poſſe ad Capitulum deferre, aut ſaltem exiſtimabam me illam poſſe in manus reponere virorum Clariſſimorum ad Civitatem Huenſem Deputatorum cum poteſtate aut de rationibus & allegationibus meis dijudicandi, aut de illis, me audito, ad Capitulum referendi quæ ſibi viderentur. Nullatenus enim in animum meum venire potuit, nihil ſupereſſe libertatis in Capitulo, ita ut hæ duæ conditiones oblatæ ad promptiùs controverſiam de prætensâ *foraneitate* dirimendam, rejiceretur, cùm hæc media nunquam à Cœtibus & Conventibus Eccleſiaſticis denegari debeant; & illa ſine ullo metu aut terrore militarium Copiarum quæ nunc in Urbe & territorio Leodienſi dominantur, poſſent facilè adhiberi.

A vobis, Confratres chariſ-

textes. Son zele inviolable pour maintenir les droits de l'Egliſe, ne laiſſe rien à deſirer. Il paroiſt aſſez que ſa Majeſté n'agit en cela, que par des motifs purs & deſintereſſez, puis qu'elle conſent que les Princes Alliez rentrent aprés l'Election & avec les mêmes avantages, dans les poſtes qu'ils occupent preſentement. J'ay differé juſqu'à preſent d'envoyer cette Declaration au tres-Illuſtre Chapitre de Liege, parce que je croyois la pouvoir remettre moy-meſme en plein Chapitre, ou au moins aux Deputez qui auroient eſté envoyez à Huy, avec tel pouvoir que le Chapitre leur auroit voulu donner, ſoit pour juger, ſoit pour faire rapport de mes raiſons au Chapitre, ne pouvant pas me perſuader qu'il reſtât aſſez peu de liberté, pour ne pouvoir pas accepter une des deux offres que je luy faiſois, pour terminer plus promptement la difficulté de la prétenduë foraneité, *puiſque ces expediens ne ſe doivent jamais refuſer dans les Compagnies Eccleſiaſtiques, & qu'on pouvoit les admettre ſans s'expoſer à la violence des Gens de Guerre, qui dominent à preſent dans la Ville & Païs de Liege.*

Je vous ſupplie, Meſſieurs mes tres-

tres-chers Confreres, de faire plus de reflexion & d'attention que vous ne me paroiſſez avoir fait juſqu'à preſent, ſur les choſes que je vous écris, je n'agis que pour procurer le bien & le repos du Païs de Liege, & ſans aucune vûë de quelque intereſt perſonnel. Je vous proteſte avec la derniere ſincerité, que je gemis dans le fonds du cœur, de l'oppreſſion que vous ſouffrez, dont aſſurement vous pourriez ſortir, ſi vous vouliez me ſeconder & avoir la force & le courage de marquer ſimplement, ce que vous reſſentez dans l'ame ſur les violences que vous endurez, & dont vous eſtes encore menacez; ce que vous pourriez faire ſans choquer en rien les Princes dans la Confederation deſquels ſe trouve l'Etat & le Païs de Liege, à laquelle Confederation je ne pretens pas vous conſeiller ou vous induire de toucher en façon quelconque: ne s'agiſſant icy que de faire une Election Canonique, & de choiſir un Eveſque & un Prince uniquement attaché & occupé, ſans le partage d'aucune autre conſideration, au ſeul bien & à l'avantage de l'Egliſe & du Païs de Liege.

Que ſi vous differez plus long-temps d'accepter tous les expediens que je propoſe, au moins les

ſimi, amantiſſimè expoſtulo, ut maturiùs & attentiùs, quàm hactenus feciſtis, perpendatis ea quæ ad vos ſcribo. In hoc unum incumbo, ut bono & tranquillitati Patriæ Leodienſis, nullum proprium aut particulare commodum præ oculis habens, conſulam. Vobis ex animo profiteor, me de oppreſſione quam patimini, ingemiſcere. Illam certè amoliri liceret, ſi mihi adlaborare, & cum aliquâ animi conſtantiâ & fiduciâ quid ſentiatis circa violentias quæ vobis incutiuntur, & minas quæ vobis quotidiè intentantur, explicare conſideretis; quæ omnia poſſent à vobis declarari ſine ullâ offenſione Principum fœderatorum, cum quibus nunc Status & Patria Leodienſis colligantur, à quâ quidem unione & fœdere nullatenus vobis conſulo, aut perſuadere intendo, ut recedatis. Non agitur hìc niſi de Electione Canonicâ celebrandâ, & de delectu faciendo Epiſcopi & Principis, qui nullâ aliâ ſollicitudine diviſus aut diſtentus, unicè bono & commodo Eccleſiæ & Patriæ Leodienſis poſſit providere.

Si omnes conditiones oblatas admittere longiùs differatis, ſaltem populis Leodienſi-

bus innoteſcere poterit, me totis viribus tentaviſſe, ut calamitates, quibus Patria Leodienſis jam dudum premitur, ſiſtere poſſem : ſique contingat in poſterum illa infortunia augeri, non immeritò illorum progreſſus, in authores ſpretarum & rejectarum conditionum oblatarum, rejicient & refundent.

Rumor aliquis ſparſus eſt Perilluſtre Capitulum Leodienſe mihi Salvos-conductus, quos proprio nomine poteſt expedire, cùm ipſi, ſede vacante, ſumma poteſtas tam circa ſpiritualia quàm temporalia in Territorio Leodienſi de jure competat, obtuliſſe, ſine ullâ tamen ſponſione ſecuritatis ex parte Principum fœderatorum. A vobis expoſtulo, ut de hiſce ſalvis veſtris conductibus mentem veſtram aperiatis, & illos mihi indeſinenter expediri curetis (cùm præcipuè numquam per vos aditus in Eccleſiam Leodienſem, Præpoſito ejuſdem Eccleſiæ, qui ipſam adire in votis habet, præcludi debeat) aut ſaltem, ſi illos ſalvos veſtros conductus pertinaciter recuſare ſtatutum fuerit, de horum denegatione ſcripto innoteſcat, quia meâ intereſt, veritatem omnium quæ contingunt, certam & indubitatam fieri.

Peuples du Païs de Liege ſeront-ils informez que j'ay tâché de profiter de la conjoncture preſente, pour commencer d'arreſter le cours des malheurs qui accablent leur Païs depuis ſi long-temps; & ſi dans la ſuite leurs miſeres augmentent, ils auront raiſon d'en rejetter la cauſe ſur ceux qui auront refuſé d'accepter toutes les conditions avantageuſes qui leur ont eſté offertes.

J'ay appris, Meſſieurs mes tres-chers Confreres, qu'on faiſoit courir le bruit que le Chapitre de Liege m'avoit offert les Paſſeports qui dépendoient de luy, comme ayant à preſent de droit la Direction du ſpirituel & du temporel dans le Païs de Liege, ſans la garantie toutefois des autres Princes de la Confederation. Je vous prie de vous expliquer nettement ſur ce point, & de marquer ſi c'eſt voſtre intention, en m'envoyant inceſſamment voſtre Paſſeport (me paroiſſant qu'en nul cas on ne peut refuſer l'entrée dans l'Egliſe de Liege, au Prevoſt de cette Egliſe qui veut y aller) ou bien ſi vous ne voulez pas me l'accorder, je vous prie de m'en donner un refus poſitif par écrit, parce qu'il m'importe que tous les faits demeurent certains.

Il me ſemble auſſi que dans voſtre derniere Lettre vous me marquez que ſans que j'aye jamais eſté entendu, & meſme avant que je ſois arrivé en ce Païs, le Chapitre m'a declaré foran. *Comme j'ay ſujet d'eſtre ſurpris d'un procedé auſſi extraordinaire, & que je ne ſçay ny la Date, ny la teneur de ce Decret, vous me ferez plaiſir de me l'envoyer. Le peu de temps qui reſte juſqu'à l'Election, & la neceſſité facheuſe où je me trouveray reduit de recourir aux voyes qui ſont permiſes par les Loix, pour ſoûtenir mes droits, ſupposé qu'enfin vous ne puiſſiez pas vous determiner à m'accorder la juſtice que j'ay tâché d'obtenir de vous ſeuls, m'oblige de vous ſupplier tres-inſtamment de me faire une réponſe promte & par la voye même du Trompette qui vous doit rendre celle-cy.*

Mihi etiam videtur in præcedenti veſtra Epiſtolâ vos indicare, me inauditum, & etiam ante adventum meum in hancce Diœceſim, *foraneum* declaratum fuiſſe. Et cùm proceſſus ille mihi omninò inſolitus & extraordinarius videatur, & neque Datam neque tenorem hujus Decreti reſciverim, ad me illius Extractum mitti cupio & expoſco. Cùm modicum adhuc temporis ſuperſit uſque ad diem Electioni faciendæ præfixum, & in eam neceſſitatem funeſtam me reducendum prævideam, ut licita & opportuna juris remedia adhibeam, ut jura Dignitatis meæ illæſa remaneant, ſiquidem juſtis meis petitionibus annuere nolitis, & juſtitiam quam à vobis toties efflagitavi, adminiſtrare ipſimet non valeatis; inſtanter rogo, ut reſponſum hiſce Litteris, per ipſummet Tubicinem qui illas defert, quàm citò poterit, reddatis.

Donnez-moy au moins, Meſſieurs mes tres-chers Confreres, dans cette derniere réponſe que je vous demande, quelques marques réelles & non pas imaginaires de liberté, que l'on veut faire conſiſter à dire qu'on en joüit, lors qu'au vû & au ſçû de tout le monde, l'on ſe trouve opprimé & accablé par la force des armes des plus puiſſans. Songez auſſi

Obteſtor vos, Confratres chariſſimi, ut in hocce ultimo reſponſo, aliquæ veræ quidem & non fictæ libertatis reliquiæ appareant. Illa libertas non ſit voce tenus, quia illâ aliqui ſe gaudere effantur, licet & oculis & notitiæ omnium pateat ipſam potentiâ armorum eorum qui præpollent, opprimi. Attendatis quæſo,

cum illâ omni deliberatione, quæ in negotio tanti momenti & ponderis requiritur, ut non præterire ſinatis occaſiones quæ proficuæ videri debent; nec ea ſalutaria conſilia rejiciatis, quæ ſolum conſtantiſſimus ergà vos amor, & devotiſſimus pro bono, quiete & commodo Eccleſiæ & Patriæ Leodienſis affectus mihi inſinuavit.

Officioſiſſimus ad omnia ſervus & Confrater, CARDINALIS BULLIONIUS, Magnus Eccleſiæ Leodienſis Præpoſitus.

Hui die 30. Martii 1694.

autant que l'importance de l'affaire le demande, à profiter des occaſions favorables, & des expediens que me ſuggere uniquement l'extrême paſſion que j'ay toûjours euë de vous témoigner mon attachement tres-ſincere, & de vous prouver mon devoüement entier pour le bien, le repos, & l'avantage de l'Egliſe & du Païs de Liege.

Voſtre tres-affectionné ſerviteur & Confrere, LE CARDINAL DE BOÜILLON, *Grand-Prevoſt de l'Egliſe de Liege.*

A Huy ce 30. Mars 1694.

DECLARATION FAITE PAR SA MAJESTE' Tres-Chreſtienne, en faveur du Chapitre de l'Egliſe Cathedrale de Liege.

LE ROY voulant faciliter au Chapitre de Liege, en tout ce qui dépend de ſon pouvoir, l'Election libre, legitime & Canonique d'un Eveſque & Prince de Liege, SA MAJESTE' a declaré & declare, que pourveu que les Princes Confederez contre la France, vueillent faire retirer leurs Troupes de la Ville, Citadelle, Forts & Retranchemens faits autour de Liege, pour y donner un libre & facile accés à tous ceux qui doivent avoir part à ladite Election & laiſſer agir librement les Capitulaires dans tout ce qui la concernera, Sa Majeſté promet & s'engage en Foy & Parole de Roy, d'accorder une libre & parfaite neutralité à la Ville & Pays

de Liege, non ſeulement juſqu'au vingtiéme Avril, jour de l'Election, mais meſme juſqu'au dernier jour du mois d'Avril incluſivement, & en conſequence, de ne faire exercer aucun acte d'hoſtilité, ny directement ny indirectement, ſous quelque pretexte que ce puiſſe eſtre, dans tout le Pays, Ville & Etat de Liege, juſqu'au premier May prochain. Accorde en outre ſa Majeſté aux Capitulaires toute ſorte de Saufs-conduits, Sauvegardes & Paſſeports durant ledit temps, aprés lequel expiré, Sa Majeſté conſent que les choſes ſoient remiſes au meſme eſtat auquel elles ſe trouvent à preſent, & que les Troupes des Confederez y reprennent les meſmes Poſtes qu'elles y occupent, ſans qu'il y ſoit apporté de la part de Sa Majeſté aucun empeſchement. Fait à Verſailles le quinziéme Mars mil ſix cens quatre-vingt-quatorze. Signé, LOUIS; *Et plus bas*, COLBERT. Et ſcellé du Cachet des Armes de ſa Majeſté.

RESPONSUM CAPITULI.

SERENISSIME AC EMINENTISSIME PRINCEPS,

DUM ſperabamus Eminentiſſimam Celſitudinem veſtram ex rationibus à nobis ſæpiùs deductis ſuper Puncto *foraneitatis* ſatisfactionem habuiſſe, Litteras de datâ 30. menſis elapſi, quibus nos honorare dignatur, accepimus, quibus maturè ponderatis, cum illæ, nihil quod primæ noſtræ reſolutioni obſtare poſſit, contineant, eidem ac prioribus noſtris Litteris inhærendum eſſe cenſuimus.

Unde cùm juxta eas Eminentiſſima Celſitudo veſtra in Electione futura ſuffragium dicere non poſſit, nec ad illam ſit convocanda, inutilem omnino & fruſtraneam ſalvi, quem expoſcit, conductûs tranſmiſſionem arbitramur; quem etiam ad illum effectum, abſque recognitione competentiæ voti in Electione, quod tamen Eminentiſſimæ Celſitudini veſtræ juxta Statuta non competit, procurare non poſſemus, ac equidem in omnem caſum, priùs à ſacrâ Cæſareâ Majeſtate & à Principibus Confæderatis pro conſequenda debita ſecuritate, eſſet obtinendus.

Regis porrò Chriſtianiſſimi Declaratio petitum à nobis Copiarum ejuſdem militarium ab Oppidis & Caſtris Bullionenſi, Dionantenſi ac Huenſi, totâque Patriâ diſceſſum, & noſtrarum in illâ ingreſſum, nullatenùs continet; qui ad Confœderatarum Copiarum ab hac Civitate receſſum procurandum magis conduceret, quàm facta ad unum menſem neutralitatis oblatio, quæ etiam ad illum effectum nullo modo neceſſaria eſt, cùm in plena, ut Eminentiſſimæ Celſitudini veſtræ toties reiteravimus, hucuſque in iis quæ ad futuram Electionem pertinent, libertate poſiti ſimus, & etiamnum potiamur; nec dubitamus nos in ipsâ Electione peragendâ cum eâdem libertate continuaturos, nec aliqui, ſed unanimes, non ore tenus, ſed reipſâ, commodâ libertate nos gaudere declaramus, nulliuſque reſpectu aut potentiâ commoti, liberè quod ſentimus, effamus.

Unde verò Eminentiſſima Celſitudo veſtra nos ante ipſius in hanc Diœceſim adventum ſuper Puncto *foraneitatis* pronuntiaſſe, ex noſtris Litteris arguere poſſit, ignoramus; útque mentis noſtræ ſinceritatem ac rectitudinem dignoſcere valeat, copiam illius Decreti tranſmittimus, ex quo, non niſi poſt binas ab Eminentiſſimâ Celſitudine veſtra receptas Litteras, maturamque deſuper habitam deliberationem, nos proceſſiſſe colligere poterit.

De cætero hanc Solemnitatem Paſchalem & felicia Feſta Eminentiſſimæ Celſitudini veſtræ adprecantes, vota noſtra ad Divinam Majeſtatem dirigemus, ut eandem diuturnâ incolumitate & cunctâ proſperitate beare dignetur, manentes debito cum reſpectu,

Sereniſſimæ ac Eminentiſſimæ Celſitudinis veſtræ,

Humillimi & devotiſſimi ſervi
Decanus & Capitulum Perilluſtris
Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis.

De mandato RR. Adm. Perilluſtrium &
Generoſorum Dominorum meorum præfatorum
G. Schepers.

Leodii 7. Aprilis 1694.

20

Extractum ex Concluſionibus Capitularibus Perilluſtris Capituli Leodienſis.

Sabbato 27. Februarii 1694.

AUDITA relatione Dominorum Deputatorum, maturaque habitâ deliberatione, Reverendi Adm. Perilluſtres ac Generoſi Domini mei cenſent Sereniſſimum ac Eminentiſſimum Cardinalem Præpoſitum pro *foraneo* habendum eſſe, adeoque juxta in Electionibus ſuffragium dare non poſſe, quod Litteris ei ſcribendis iterandum eſſe dixerunt.

Per Extractum ut ſuprà,
G. SCHEPERS.

REVERENDIS ADMODUM GENEROSIS & Perilluſtribus viris D D. Decano, Canonicis & Capitulo Perilluſtris Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis; Emmanuel Theodoſius à Turre-Aruerniæ, miſeratione divinâ, S. R. E. Cardinalis Bullionius, necnon Præpoſitus major, Cuſtos & Canonicus ejuſdem Perilluſtris Eccleſiæ Leodienſis, Confratribus chariſſimis S. P. D.

TANDEM, Confratres chariſſimi, in hancce funeſtam neceſſitatem, quam ſemper vitare in votis habui, deductum me video, ut per Proteſtationem ſolemnem, & Appellationem ad Sedem Apoſtolicam, me opponam Electioni, quam me contempto celebrare velle videmini.

JE me vois enfin reduit, Meſſieurs mes tres-chers & Illuſtres Confreres, dans la neceſſité facheuſe que j'avois toûjours voulu éviter, de m'oppoſer par des Proteſtations & un Appel au ſaint Siege, à l'Election que vous paroiſſez vouloir faire ſans m'y appeller.

Vous devez eſtre perſuadez que j'ay ménagé juſqu'à la derniere extremité, tous les expediens, pour m'empêcher de faire une démarche qui paroiſt ſi éloignée des ſentimens que j'ay toûjours eu de m'approcher de vous avec un eſprit d'union & de concorde, pour travailler uniquement à procurer le bien & l'avantage de l'Egliſe & du Païs de Liege.

Perſuaſum ſatis vobis eſſe debet, me uſque in extremum finem adhibuiſſe omnia media congrua, ut non compellerer illam viam incedere, quæ remota videatur ab animo pacis & concordiæ, in quo ad vos approximare ſtudui, ut unicè laborantis Eccleſiæ & Patriæ Leodienſis commodis & utilitatibus vobiſcum adlaborarem.

Mais je reconnoïs que les impreſſions étrangeres qu'on a porté dans le tres-Illuſtre Chapitre de Liege, ſont devenuës ſi puiſſantes, que les mieux intentionnez ſe trouvent forcez de ſuivre le torrent qui les entraîne, & que les choſes ſont venuës à un point, que c'eſt un crime de dire ſes ſentimens avec ſincerité. Ainſi pour ſoûtenir les droits de ma dignité de Grand Prevoſt de l'Egliſe de Liege, & pour maintenir les prérogatives de la dignité de Cardinal de l'Egliſe Romaine, j'ay eſté obligé de faire l'Acte de Proteſtation & d'Appel au ſaint Siege que je vous envoye par deux endroits; ſçavoir, par le Meſſager ordinaire qui eſt payé icy par le Maiſtre de la Poſte de Liege, pour y porter les lettres qui viennent icy, & encore par le Trompette, dont j'ay eſté obligé de me ſervir juſqu'à preſent pour vous porter mes lettres, que j'ay re-

Sed ſatis innoteſcit, motus extraneos, quibus agitur Perilluſtre Capitulum Leodienſe, ita præpollere, ut ipſi qui magis Eccleſiæ & Patriæ vellent conſulere, impetui torrentis qui alios trahit, reſiſtere non valeant; & res eò deveniſſe, ut ſinceritas eorum qui vellent animi ſui ſenſus explicare, in crimen & ſcelus imputaretur. Et ſic, ut jura Dignitatis Præpoſiti Eccleſiæ Leodienſis, & prærogativas Cardinalitiæ dignitatis tueri poſſim, Dominum noſtrum Innocentium Papam XII. ejuſque Sedem Apoſtolicam provocare, prout vobis ſatis patefiet per Actum authenticum deſuper confectum, quem ad vos duplici via tranſmitto, unâ ſcilicet per Tabellarium ordinarium Civitatis Huenſis, qui ſalarium & ſtipendium accipit à Præfecto poſtarum Civitatis Leodienſis, ut

ut Litteras Leodii poſſit deferre, & altera per Tubicinem, quem huc uſque adhibui, ut Litteras meas, quas tanquam inſtantias reverentiales factas apud Perilluſtre Capitulum Leodienſe, ut ipſum ad jus debitum mihi adminiſtrandum adhortarer, reputavi, ad vos deferret.

gardèes comme autant de ſommations reſpectueuſes que j'ay fait au Chapitre pour l'engager à me rendre la juſtice qui m'eſtoit dûë.

Nihil quod me ipſum reſpiciat proponere intendo, ſed verè dixerim eminentia & ſplendor Dignitatis Cardinalitiæ quâ cohoneſtatus ſum, debebat procurare apud Capitulum, ut alia jurium meæ Dignitatis ratio, quàm quæ hactenùs habita fuit, haberetur.

Je ne veux rien propoſer qui puiſſe m'eſtre particulier & perſonnel, mais en verité, la ſeule Dignité éminente du Cardinalat dont j'ay l'honneur d'eſtre revêtu, devoit m'attirer une autre conſideration que celle qu'on m'a témoignée.

Nunc juſtas doloris mei cauſas, quæ præcipuè procedunt ex eo quòd agnoſcam violentiam & vexationem quæ vobis incutitur, ita illam animi ſuavitatem, facilitatem auſim etiam dicere, illam erga me propenſionem, quam omnes & ſinguli de Perilluſtri Capitulo Leodienſi antea exhibuerunt, cujus nunquam immemor ero, ita retundere & reſerare, ut nihil exteriùs mihi aliquid ſignificari liceat, vobis exhibere opportunum non exiſtimo.

Il n'eſt pas temps de répandre les juſtes ſentimens de ma douleur; de voir qu'à preſent par la violence & l'oppreſſion que vous ſouffrez, cet eſprit de douceur, d'humanité, & d'affabilité, j'oſe dire encore cette inclination, que tous ceux qui compoſent le Chapitre de Liege m'avoient toûjours fait paroiſtre, & dont je conſerveray un ſouvenir éternel, ſoit tellement caché & reſſerré, qu'on n'oſe pas exterieurement m'en donner aucunes marques.

Cùm modicum tempus ſuperſit, uſque ad diem à vobis Electioni pertractandæ præfixum, ſanè non poſſum

Le peu de temps qui reſte juſqu'au jour que vous avez indiqué l'Election, ne me permet plus de differer les procedures que le Droit

& les Canons de l'Egliſe autoriſent en ces ſortes d'occaſions.

quod infertur , repellendum , ampliùs abſtinere à proceſſibus , quos jura & Canones Eccleſiæ meritò ad gravamen introduxerunt.

Si je croyois qu'il reſtât encore quelque liberté dans le Chapitre de Liege, je luy demanderois qu'il enjoignit à un Notaire ou à un autre Officier public de la Ville de Liege de faire faire toutes les ſignifications que je crois devoir faire pour la défenſe & pour la conſervation de mes droits. Je ne laiſſe pas de luy demander encore par celle-cy qu'il m'accorde cette permiſſion, avec injonction au Notaire ou à tel autre Officier du Chapitre qu'il voudra nommer, à qui je puiſſe m'addreſſer, de faire en mon nom toutes les ſignifications que j'auray à faire faire, meſme pour ſignifier l'Acte d'Appel & de Proteſtation que je luy envoye, & en cas de refus & de delay, je proteſte par ſurabondance de droit de les faire afficher dans les lieux les plus voiſins de la Ville de Liege.

Si poſſem adduci ut crederem aliquam adhuc ſupereſſe libertatem in Capitulo Leodienſi , ab ipſo expoſtularem ut Notario alicui, aut alii Officiario publico in Civitate Leodienſi injungeret , ut omnia Inſtrumenta quæ ad tuitionem & conſervationem jurium meorum poſſum conficere , intimaret : ab ipſo tamen Perilluſtri Capitulo hancce facultatem expoſco , ut dignetur injungere & imperare alicui Notario aut Officiario publico Capituli, quem deſignare ipſi magis videbitur , ut Libellos omnes , etiam huncce Appellatorium quem tranſmitto, intimare poſſit , alioquin in quantum opus ſit , & in juris exuberantiam , hoſce omnes Actus & Libellos in locis convicinioribus affigi curaturum proteſtor.

Si le Chapitre peut encore entrer dans quelques temperamens, je prendray tous ceux qui me ſeront propoſez pour le bien de la paix , ſans bleſſer les droits de ma Dignité.

Sin adhuc aliqua media congrua arrideant Perilluſtri Capitulo Leodienſi, ea omnia ſuſcipiam & admittam, quæ ab ipſo proponentur , ſalva ſemper & intacta remanente mea Dignitate.

Ce refus qu'on a fait juſqu'à

Recuſatio quæ hactenùs

pertinaciter facta fuit in adhibendis aut proponendis aliquibus mediis congruis pro bono pacis, ſatis demonſtrat illam libertatem, quæ vanè oſtentatur & jactatur, ut gratius obſequium erga illos qui illam opprimunt, exhibeatur, eſſe fictam & fucatam, non veram & genuinam.

preſent d'en prendre ou d'en propoſer aucun, ne me fait que trop connoiſtre que cette liberté dont on fait une vaine oſtentation pour complaire davantage à ceux qui l'oppriment, n'eſt qu'en idée, & non pas effective.

Effugiuntur omnia media. Ipſi Declarationi Majeſtatis Regis Chriſtianiſſimi, quæ ſincera, & undique veros Religionis ſenſus ſpirat, ſubterfugia prætenduntur, in hacce ultimâ Epiſtolâ ad me nomine Perilluſtris Capituli ſcriptâ & delatâ poſt octo dies elapſos ſine ullo reſponſo, (hiſce verbis utor.) Nam vobis, Confratres chariſſimi, ex intimo & nativo animi ſenſu exponere non dubito, me hucuſque ex illis Litteris, nullatenùs intelligere potuiſſe quid intus Perilluſtre Capitulum ſentiat; non agnovi aliud niſi expreſſiones animorum metu & violentiâ illorum qui potentiâ armorum dominantur, gravatorum & perculſorum. Sermones, urbanitatis & benevolentiæ erga me pleni, ſunt reliquiæ liberæ erga me propenſionis & amicitiæ, quam olim cum omni effectu palam demonſtraviſtis.

On élude tout juſqu'à la Declaration du Roy qui eſt tres-ſincere, & toute pleine de Religion, dans la derniere lettre qui m'a eſté enfin apportée, aprés avoir attendu huit jours la réponſe, & qui me paroiſt écrite au nom du Chapitre. Car vous voulez bien, Meſſieurs mes tres-chers Confreres, que je vous diſe naïvement que juſqu'à preſent je n'ay point reconnu dans les lettres qui m'ont eſté écrites au nom du Chapitre de Liege, les veritables expreſſions de ſes ſentimens; je n'ay reconnu que des ſentimens forcez & ſuggerez par la crainte & par la violence de ceux qui dominent par l'autorité des armes. Les expreſſions honneſtes dont le Chapitre s'eſt ſervi pour me marquer ſon amitié, ſont quelques reſtes de la liberté de ſes ſentimens, qui n'ont eſté connus autrefois dans toute leur étenduë.

Dans cette derniere lettre donc on élude l'effet de la Declaration du Roy. Pour rendre la propoſition juſte qu'on a ſuggerée au Chapitre, il me ſemble qu'il faudroit qu'on ſe trouvât en eſtat de faire une Election dans une des trois Villes qui ſont marquées; & ainſi ſi ceux qui dominent dans la Ville de Liege, veulent rendre la propoſition juſte, il n'y a rien de ſi facile. Le Chapitre n'a qu'à convenir de faire la prochaine Election dans une de ces trois Villes, & principalement dans celle de Huy, qui ſeroit la plus commode comme eſtant la plus proche, & fournir une Declaration des Princes Confederez ſemblable à celle de ſa Majeſté, par laquelle ils conſentiront que les Troupes rentrent dans la Ville qui aura eſté choiſie, & les lieux en dependans, aprés le temps de l'Election.

In hâcce itaque ultimâ Epiſtolâ mens & effectus Declarationis Majeſtatis Chriſtianiſſimæ detorquetur in alium ſenſum. Sed ut par & æqua poſſit fieri propoſitio quæ ipſi Capitulo ſuggeſta fuit, neceſſe foret, ut nunc ageretur de Electione celebrandâ in uno ex Oppidis denominatis. Sin forſan illi qui in urbe Leodienſi armis imperant, velint propoſitiones æquas & pares facere, res erit in promptu: Conveniat Capitulum Leodienſe de pertractandâ Electione in uno ex hiſce tribus Oppidis, & ſpecialiter in urbe Huenſi, tanquam commodiori, quia vicinior eſt, & eodem tempore ſuppeditetur Declaratio Principum Confæderatorum contra Franciam, quâ ſpondeant & polliceantur Copias Regis Chriſtianiſſimi quæ nunc ſunt in civitate quæ ſelecta fuerit in Diœceſi Leodienſi pro Electione celebrandâ, in eaſdem ſedes & ſtationes quas nunc occupant, redintegrandas.

La Ville de Huy n'eſt qu'à quatre lieues de celle de Liege, l'abord en eſt aiſé & facile, elle eſt dans le Dioceſe de Liege, les Evêques meſme y ont ſouvent fait leur reſidence. Si le Chapitre veut convenir de s'y rendre pour faire l'Election, outre tous les Paſſeports déja offerts à tous les Capi-

Civitas Huenſis, Diœceſis Leodienſis, ſolùm quatuor leucis diſtat ab urbe Leodienſi, aditum facilè præbet, ſæpè etiam Epiſcopi Leodienſes in eâdem Civitate reſederunt. Si Capitulo Leodienſi ita videatur, ut in hâcce civitate Huenſi Electio celebretur,

offero & ſpondeo nomine Regis Chriſtianiſſimi præter Salvos-conductus jam oblatos, Copias omnes etiam à Caſtellis receſſuras, modò ut ſuprà relatum fuit, Principes Confœderati eaſdem ſecuritates oblatas ex parte Regis Chriſtianiſſimi ſpondeant.

tulaires, j'offre de la part de ſa Majeſté d'en faire retirer toutes les Troupes, meſme toutes celles du Chaſteau, pourveu que les Princes Confederez contre la France, vueilent donner les meſmes aſſeurances qui ſont offertes par la Declaration de ſa Majeſté.

Sin fixum & firmum propoſitum ſuſceptum fuerit ad rejiciendas omnes à me conditiones oblatas; ſaltem proceſſus juridici, quos ad repellendam & arcendam injuriam mihi, necnon Dignitati Cardinalitiæ illatam, conficere compellor, perſpicientur à viris diſciplinæ Eccleſiaſticæ & Patriæ Leodienſis ſtudioſis, tanquam ſecunda tabula poſt naufragium, quod proximè imminet libertati Perilluſtris Capituli Leodienſis; quæ quidem libertas pœnè jam everſa & ſubmerſa procellis quæ ipſum undequaque aggrediuntur, videtur.

Que ſi on perſiſte à refuſer tout ce que je propoſe, au moins les procedures judiciaires que je ſuis obligé de faire pour me parer de l'injuſtice qui m'eſt faite, & à ma dignité de Cardinal, doivent eſtre regardées par les bien intentionnez pour les regles de l'Egliſe & pour la Patrie, comme une ſeconde table aprés le naufrage dont la liberté du Chapitre de Liege, qui eſt déja preſque ruinée & renverſée par la tourmente qui l'agite tous jes jours, eſt infailliblement menacée.

Deum humillimè precor & oro, ut in hiſce Feſtis Paſchalibus, in quibus omnibus & ſingulis fauſta omnia adprecor, qualem nobis mentem erga vos, erga Eccleſiam & Patriam Leodienſem dedit, talem vobis eſſe velit erga nos, Eccleſiam & Patriam; ad ea celeriter communi veſtro conſilio & ſuffragio conſtituenda,

Je prie Dieu qu'il vous inſpire le meſme eſprit & les meſmes diſpoſitions que j'ay toûjours eu pour vous, pour l'Egliſe & le Pays de Liege, pour vous determiner promptement à faire ce qui peut augmenter la gloire de ſon nom, & pour l'agrandiſſement auſſi de l'Etat, de la reputation, de la fermeté, de la force, & du zele que le Chapitre de Liege a

toûjours témoigné pour maintenir la veritable Religion & la diſcipline Eccleſiaſtique.

quibus D. O. M. nomen, gloria, cultus, pietas, necnon Perilluſtris Capituli Leodienſis ſplendor, fama, conſtantia, fortitudo, & zelus pro vera religione & diſciplina Eccleſiaſticâ tuendâ augeatur.

Voſtre tres-affectionné ſerviteur & Confrere, LE CARDINAL DE BOÜILLON, *Grand-Prevoſt de l'Egliſe de Liege.*

Officioſiſſimus ad omnia ſervus & Confrater, CARDINALIS BULLIONIUS, Magnus Eccleſiæ Leodienſis Præpoſitus.

A Hay ce 10. Avril 1694.

Hui die 10. *Aprilis* 1694.

REVERENDIS ADMODUM GENEROSIS & Perilluſtribus viris D.D. Decano, Canonicis & Capitulo Perilluſtris Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis; Emmanuel Theodoſius à Turre-Arverniæ, miſeratione divina, S.R.E. Cardinalis Bullionius, necnon Præpoſitus major, Cuſtos & Canonicus ejuſdem Perilluſtris Eccleſiæ Leodienſis, Confratribus chariſſimis S. P. D.

CUM omnia media congrua inquiram, Confratres chariſſimi, quibus omnis diſcordia in futurâ Electione poſſit impediri, intra tres dies quos in Actu Proteſtationis & Appellationis ad Sedem Apoſtolicam à me interpoſitæ, adnotavi, in mentem mihi venit, vos adhuc humillimè exorare, ut ſaltem cum aliquibus quos Perilluſtre Capitulum Leodienſe, non ut aliquid mecum dirimatur aut ſtatuatur, ſed ut de mediis propoſitis poſſint ad Capitulum referre, ſeligere & deputare dignabitur, colloqui mihi concedatur. Eas me rationes, & illa temperamenta explicaturum confido, quæ non niſi vivâ voce poſſum exponere, quæ grata & accepta Capitulo videbuntur.

Peto etiam à vobis enixè ut inter illos Deputatos, quatuor,

inter primarias Dignitates, & inter illos, virum Clariſſimum & Perilluſtrem Archidiaconum *Clerx* deligi vobis arrideat; nam cùm vir ille præſtantiſſimus, & negotiorum & conſuetudinum Curiæ Romanæ ſit optimè gnarus, quod in meis cogitationibus, quæ tamen unicè in bonum Eccleſiæ & Patriæ Leodienſis tendunt, mancum aut minùs concoctum reperiri poſſet, in melius pro ſingulari ſuâ ſagacitate & perſpicacitate efformabit.

Ardentiſſimè etiam exoptarem, ut in hocce numero Perilluſtrium Canonicorum quos viſum erit Capitulo ad mecum colloquendum mittere, ſeligerentur viri ſpectabiles & illuſtriſſimi *Dumont*, ſi ætas aut valetudo non officiat, *Faes* & Fabius *Sehet*.

Hoſce quidem nominare audeo, quia cùm duo priores in Univerſitate Lovanienſi, cujus membra honorabilia exiſtunt, educati fuerint, & alter in Collegio Romano Apollinaris inſtructus fuerit, illos exiſtimo aptiores, ad dignoſcenda ea, quæ à me excogitari poſſunt, & ad Capitulum debent referri; cùm illa & juris Canonici & Curiæ Romanæ immutabilium Decretorum peritiam ſupponant. Hiſce, alii qui ipſi Capitulo videbuntur, adjungantur. Facilis acceſſus per alveum fluminis Moſæ poteſt majorem numerum procurare, ut per ipſorum relationes nullius peculiaris ſtudii aut propenſionis erga me ſuſpectas, animi mei ſenſus intimi, cùm eoſdem coram Perilluſtri Capitulo exprimere nondum liberum ſit, ſinceriùs ab ipſo poſſint intelligi. Ubi primùm, quid à vobis ſtatutum fuerit, mihi patefieri dignati fueritis, ſtatim & cum incredibili velocitate Salvos-conductus Regis Chriſtianiſſimi, ut cum omni incolumitate & ſecuritate hice Deputati veniant & recedant, tranſmiſſurum polliceor. Hocce Negotium intra duos dies facilè dirimetur, nam intra tempus matutinum unius diei, colloquium noſtrum poteſt terminari, & hiſce viris ſpectabilibus omnia commoda neceſſaria tempore commorationis ſuppeditabo.

Illud ſaltem ſolatii mihi accedet, ſi coram ipſis mentis meæ, pacis & Electionis Canonicæ maximoperè ſollicitæ, & quæ nullatenus Principes adverſus Franciam Confæderatos lædere, nec unioni aut fœderi, quo Patria Leodienſis, mem-

brum Imperii, colligatur, præjudicium aliquod poteſt generare, ſinceritatem & rectitudinem valeam exprimere.

Sin adhuc hæc poſtrema à me oblata conditio ut Electio Canonica poſſit pertractari, à Perilluſtri Capitulo rejiciatur, poſſetne poſtea effingi, Summum Pontificem poſſe ab Electionis, in mei contemptum, & recuſationem omnium mediorum congruorum, quæ reverentia & ſingularis erga Perilluſtre Capitulum Leodienſe propenſio, etiam cum aliquo, ſi ita auſim dicere, ſplendoris Cardinalitiæ Dignitatis diſpendio, ſuggeſſit, celebratæ, caſſatione & nullitatis declaratione abſtinere, licèt eadem Electio in perſonam in Orbe ſplendidiorem, & etiam in ſacræ Cæſareæ Majeſtatis germanum fratrem, ſi adhuc in Gremio Capituli aliquis tantæ ſublimitatis, ſicut olim ſæpius iiſdem cohoneſtatum fuit, reperiretur, poſſit cadere.

Hiſce verbis vobis, Confratres chariſſimi, ſignificare intendo, neminem claritate generis excelſum, poſſe amovere Summum Pontificem, Eccleſiæ univerſalis zelatorem, Regulis à Canonibus ſtabilitis, addictum, & qui ſemper ſtudium verè Apoſtolicum pro tuendâ Eccleſiaſticâ Diſciplinâ demonſtravit, ne Electio, in qua omnes Regulæ Canonicæ contemptæ aut violatæ reperirentur, tanquam nulla & invalida irritaretur.

A vobis, Confratres chariſſimi, expoſtulo ut attendatis nuſquam inter Principes ſæculares qui infenſi videntur, diſceptationes aut colloquia denegari, à fortiori hæc colloquia inter Confratres Eccleſiaſticos, qui ejuſdem Eccleſiæ ſervitio addicti, nullam inter ſe diſſenſionem debent habere, ſed uno & eodem ſpiritu & iiſdem ſtudiis agi debent, nunquam denegari poſſunt.

Hui die 10. *Aprilis* 1694.

PROTESTATIO

PROTESTATIO ET APPELLATIO ad ſanctiſſimum D. D. noſtrum Innocentium PP. XII. Ejuſque Sedem Apoſtolicam , & Curiam Romanam.

IN NOMINE DOMINI , AMEN. Omnibus & ſingulis præſens publicum Inſtrumentum viſuris, lecturis ſeu legi audituris , pateat evidenter , & ſit notum , quòd anno Domini milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo quarto, Pontificatûs verò Sanctiſſimi Domini noſtri INNOCENTII Divinâ Providentiâ Papæ duodecimi anno tertio , Indictione ſecundâ, die vero nonâ menſis Aprilis, poſt meridiem,comparuerit coram me Notario publico & Apoſtolico in Civitate Huenſi Diœceſis Leodienſis & Teſtibus infrà denominatis, Sereniſſimus Princeps & Eminentiſſimus Cardinalis Emmanuel Theodoſius à Turre-Arverniæ, Epiſcopus Cardinalis ſub titulo Eccleſiæ & Epiſcopatûs Albanenſis , Præpoſitus major nec non Cuſtos & Canonicus Perilluſtris Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis , nunc hoſpitatus in præfatâ Civitate Huenſi , in vico Equitum , Parochiæ ſancti Dionyſii , qui quidem Eminentiſſimus Cardinalis Bullionius retulit coram me Notario & Teſtibus infrà ſubſignatis, QUALITER , ubi primùm reſcivit Celſiſſimum Principem & Epiſcopum Leodienſem Joannem Baronem ab *Elderen* bonæ memoriæ debitum naturæ perſolviſſe, ſtatim & ſine ullâ morâ diſceſſerit ex Aulâ Regis Chriſtianiſſimi , & die undecimâ menſis Februarii proximè præteriti, iter ſuſceperit, ut ſe poſſet exhibere perſonaliter in proximè celebrandâ Electione Epiſcopi & Principis Leodienſis , cui de jure debet adeſſe , cùm ſit de gremio ipſius Capituli Leodienſis, ratione Præpoſituræ majoris (quæ in [illegible]ata Eccleſiâ prima poſt Pontificalem , Dignitas exi[illegible] necnon ratione Officii ſeu dignitatis Theſaurariæ aut [illegible]diæ & Canonicatûs , quam , vel quem pacificè à multis [illegible] poſſidet ; & cùm propter viarum tempore hyemali d[illegible] [illegible] , non tam citò potuiſſet devenire , prævium virum

nobilem, per veredos velociſſimos ad Capitulum Leodienſe miſerit, cum litteris ejuſdem Eminentiſſimi Cardinalis, quibus ipſum Capitulum de proximo ſuo adventu in Diœceſim & Civitatem Leodienſem, ſi ita liceret, commonefaceret, ut nihil ſuper futurâ Electione, ipſo contempto, poſſet pertractari. Sed cùm præfato viro nobili omnis ingreſſus & acceſſus denegatus fuerit à Præfectis Copiarum, qui in Urbe Leodienſi omnem autoritatem exercent, neceſſe fuit denuò eaſdem litteras per ſolum Tubicinem deferri, quibus receptis & acceptis à Perilluſtri Capitulo Leodienſi, nullum aliud reſponſum ab ipſo redditum eſt, niſi ſe ceremoniis funeralibus Celſiſſimi Principis & Epiſcopi nuper defuncti exhibendis occupatum, & aliis negotiis diſtentum, non poſſe in præſenti aliis rebus vacare; & licèt ſtatim per eundem Tubicinem (cùm alia via non pateret) reſcripſerit præfatus Sereniſſimus Princeps & Eminentiſſimus Cardinalis, ſe in Civitatem Huenſem, quæ eſt de Diœceſi Leodienſi, adveniſſe die 22. menſis Februarii proximè elapſi, & enixè ab ipſo expoſtulare Salvos-conductus, ut ulteriùs tutò & ſecurè in Urbem Leodienſem poſſet pergere, & proteſtatus fuerit ſe ſolo famulatu ſtipatum in eadem Urbe velle commorari, ad negotium Electionis futuri Epiſcopi & Principis, amicabiliter & liberè pro bono communi Eccleſiæ & Patriæ Leodienſis pertractandum, tamen licèt præfato Capitulo Leodienſi, Sede Epiſcopali vacante, ſumma poteſtas circa temporalia de jure competat, & idcirco, à Præfecto generali militum, qui eamdem Civitatem replent, ſtatim à morte Epiſcopi & Principis Leodienſis juramentum fidelitatis, quod ipſi præſtitum eſt, exegerit, & Caſtellis ejuſdem Civitatis cuſtodiendis, Canonicos de Corpore & Gremio Capituli præfecerit, & omnes Salvi-conductus huc uſque à Præfecto Generali Copiarum expediti fuerint nomine Decani & Capituli Leodienſis, Sede Vacante, tamen eoſdem Salvos-conductus eidem Eminentiſſimo Cardinali recuſavit, & ut illa denegatio aliquam excuſationem poſſet habere, reſpondit procurationem eorumdem Salvorum-conductuum, ad ſe non pertinere, ſed ad Principes Confœderatos.

Quæ quidem omnia ſatis indicaverunt præfato Eminen-

tiſſimo Cardinali, Capitulum Leodienſe à militibus, pleriſque heterodoxis, qui Civitatem Leodienſem replent, obſeſſum & conterritum, nullam omnino libertatem habere, neque in poſterum habiturum, unde per tres ſubſequentes litteras per eumdem Tubicinem ad Capitulum delatas, ipſi ſignificavit ſe media omnia adhiturum ad pacem & concordiam tuendam & ad conſociandos animos in bonum commune Eccleſiæ & Patriæ Leodienſis, cui unicè ſe allaborare velle profeſſus eſt: tamen ſpretis & contemptis omnibus amantiſſimis conſiliis, ipſi Perilluſtri Capitulo Leodienſi ſuggeſtum fuit, arcendum eſſe omnino ab aditu in Urbem Leodienſem, & ab Electione futurâ, eumdem Sereniſſimum Principem & Eminentiſſimum Cardinalem, ſub prætextu *foraneitatis*, ex eo quòd ſecundùm prætenſa Statuta ejuſdem Capituli, nec per ſe, nec per procuratorem in proximè elapſo Capitulo ſancti Ægidii ſe repræſentaviſſet, & licèt ſæpius inſtiterit apud idem Capitulum ut allegationes ſuas poſſet proponere, cùm nemo abſens & inauditus debeat condemnari, & exceptiones legitimæ quæ poſſent opponi adverſus hancce prætenſam *foraneitatem* ipſi præripi non deberent, niſi præviâ inquiſitione & maturo examine & libramine rationum, ponderatis: tamen cùm idem metus, & eadem oppreſſio quæ fit à militibus armatis omnibus legibus & libertati Eccleſiaſticæ, prævaleat in Civitate Leodienſi, nunquam à Capitulo impetrare potuit, ut eædem allegationes ab ipſo in Capitulo proponerentur, & è contra omnia media cum omni ſecuritate propoſita hactenus rejecta fuerunt, & in hunc uſque diem ita contemptus videtur idem Eminentiſſimus Cardinalis, ut nequidem vocatus fuerit in proximè celebrandâ Electione, licèt ferè à duobus menſibus in Diœceſi Leodienſi conſtitutus reperiatur, & licèt etiam omnes Salvosconductus obtulerit ut poſſint aliqui viri ſpectabiles à Capitulo ſeligi, qui cum ipſo in Civitate Huenſi amicabiliter poſſent conferre, & inſuper DECLARATIONEM autenticam MAJESTATIS CRISTIANISSIMÆ ipſi Capitulo ſignificaverit, & etiam in publicum prodire curaverit per affixionem ad valvas Eccleſiæ Leodienſis, & locorum conviciniorum, quâ quidem Rex Chriſtianiſſimus, zelo

Digitized by Google

pro Eccleſiaſticâ libertate & immunitate tuendâ ductus, Patriæ & ſtatui Leodienſi, inducias omnium hoſtilitatum, toto tempore Electionis & uſque ad diem primum menſis Maii proximi & Salvos-conductus Capitularibus pollicetur & ſpondet.

Unde cùm in proximè celebrandâ Electione omnia per metum non vani hominis, ſed qui in conſtantiſſimos viros cadat, & per impreſſionem & abuſum ſæcularium Poteſtatum peragenda prævideat, ne muneri ſuo deſit, quod ſibi non ſolum tanquam Præpoſito ejuſdem Eccleſiæ Leodienſis, & primariæ poſt Epiſcopalem Dignitati, ſed etiam tanquam S. R. E. Cardinali incumbit, & cùm teneatur jura & immunitates Eccleſiaſticas tueri, & in quantum poteſt ſuſtinere, NECESSITATE CONSTRICTUS & autoritate muneris ſibi injuncti provocatus, nec non vigili ſtudio pro Eccleſiæ Leodienſis libertate recuperandâ, ne aliquid contra Juris & Canonum ordinem fiat, PROTESTATUR tandem poſt varias interpellationes fruſtra ipſi Capitulo Leodienſi, per quinque litteras intimatas, de nullitate omnium quæ jam ab ipſo Capitulo Leodienſi circa futuræ Electionis negotium tractata, ſtatuta & ordinata fuerunt, ex quo de ipſius Eminentiſſimi Cardinalis Bullionii in Diœceſim Leodienſem adventu innotuit ipſi Capitulo.

NIHILOMINUS ne Eccleſia Leodienſis diuturnæ vacationis diſpendia experiatur, (licèt forſan in hiſce difficillimis temporibus periculoſum videatur Electionem aliquam perficere, quæ poſſit libera & Canonica nuncupari, & ſic fortè congruum videretur adire excellentiſſimum Sedis Apoſtolicæ Nuncium Coloniæ reſidentem, & ab ipſo edoceri utrùm Sanctiſſimus DD. noſter Innocentius Papa duodecimus, qui tanquam Pater communis omnium commoditatibus & Eccleſiarum utilitatibus invigilat, ipſi aliquam facultatem ſpecialem dederit prorogandi præfatam Electionem in aliud tempus opportunius) ſi ita omnibus & ſingulis Canonicis qui vocem activam in futurâ Electione debent habere, viſum fuerit, convenire de loco tuto & ſecuro, in quo nulla oppreſſio timenda ſit in actu Electionis, paratus eſt idem Eminentiſſimus Cardinalis Bullionius nomine Regis Chriſtianiſſimi, cujus

Declarationem authenticam Capitulo jam exhibuit, omnem ſecuritatem & incolumitatem tam accedentibus quàm redeuntibus Capitularibus polliceri, ipſiſque etiam ſi velint peculiares Salvos-conductus, vulgo, *Paſſeports*, ſubminiſtrare; ſed quo uſque ille locus ſecurus & idoneus à Capitulo aſſignatus fuerit (cùm omnibus notum ſit non poſſe Capitulares ſecurè animi ſui ſenſus exponere, & vota ſua liberè proferre in Civitate Leodienſi, quæ militibus oppletur, & armorum potentiâ Principum Fœderatorum, qui nullam libertatis Eccleſiaſticæ rationem habere videntur, ſicut res anteactæ ſatis teſtantur; & memoria incarcerationis violentæ clariſſimorum & Perilluſtrium virorum Archidiaconorum ejuſdem Eccleſiæ Leodienſis, qui ducti ſunt in carceres Civitatis Trajectenſis ad Moſam ſub ditione & dominio Principum heterodoxorum, ubi ita durè habiti fuerunt, ut unus eorum Dominus *de Liverlo*, cujus memoria erit in benedictione, propter zelum intactum quem pro Eccleſiæ libertate tuendâ ſemper demonſtravit, è vivis in carcere detentus exceſſerit, ita omnes terreat, ut ne quidem inter Fratres ea explicare poſſint, niſi quæ grata & commoda Principibus Fœderatis videri poſſunt) NISI intra tres dies computandos à die intimationis ipſi Capitulo præſentium faciendæ, viâ qua poterit, ita tamen ut ad ipſius notitiam pervenire poſſit, à Perilluſtri Capitulo Leodienſi conveniatur de alio loco tuto & ſecuro, in quo omnes & ſinguli Capitulares poſſint Electionem celebrare, PROTESTATUR de inſanabili nullitate proceſſûs Electionis, nec non ipſius Electionis, quæ fiat in præjudicium præſentis interpellationis & Proteſtationis, & inſuper ex nunc, prout ex tunc, declarat Eminentiſſimus Cardinalis Bullionius ſe omni meliori modo quo de jure poteſt & debet, APPELLARE ET PROVOCARE ad Sanctiſſimum D D. Innocentium Papam duodecimum, ejuſque Sedem Apoſtolicam & Curiam Romanam, tàm de prætenſis Statutis Capituli Leodienſis, quibus ipſum tanquam *Foraneum* arcere ab Electione Epiſcopi & Principis Leodienſis prætendunt, tanquam nullis & invalidis, & inſuper de Decreto prætenſo lato ab eodem Capitulo Leodienſi die 27. menſis Februarii proximè elapſi, quod ipſi ſolum modo exhibuit die heſternâ, octavâ menſis currentis, per lit-

teras ſuas de die ſeptimâ hujuſce menſis, quo eumdem Eminentiſſimum Cardinalem inauditum, *Foraneum* & extraneum à Capitulo, & privandum voce activâ in Electione futurâ pronunciaviſſe prætendit, quàm de Tractatibus & Indictionibus, qui vel quæ ipſo contempto cricà præfatam Electionem facti aut factæ fuerunt, & de omnibus aliis actibus ab eodem Capitulo in ipſius Cardinalitiæ dignitatis contemptum factis & faciendis & ordinandis, NEC NON TANQUAM DE JUSTITIÆ SÆPIÙS EXPOSTULATÆ A CAPITULO DENEGATIONE.

Et ne in dies magis gravetur, omnibus amodo, formâ, fine, & effectu, quibus meliùs, validiùs, & efficaciùs de jure poteſt & debet, potuit & debuit, de hiſce præmiſſis & inde ſequutis, aut inſequendis, ad Sanctiſſimum DD. noſtrum Innocentium Papam duodecimum ejuſque Sedem Apoſtolicam & Curiam Romanam, idque tàm extrajudicialiter quàm juridicè, in quantum poteſt aut fieri debet, & inſuper de quibuſvis nullitatibus omnium quorumcumque à præfato Perilluſtri Capitulo Leodienſi geſtorum & gerendorum in præfatâ Electione Epiſcopi & Principis Leodienſis, uti & à quocumque gravamine Eccleſiæ Leodienſi, aut ipſi, nec non aliis Canonicis ejuſdem Eccleſiæ ex inde reſultante, PROVOCARE ET APPELLARE teſtatur, prout DE FACTO APPELLAT ET PROVOCAT per præſentes ad eundem Sanctiſſimum DD. noſtrum Papam ejuſdemque Sedem Apoſtolicam & Curiam Romanam, petens primò, ſecundò, tertiò, inſtanter, inſtantiùs, & inſtantiſſimè, ſibi de *Apoſtolicis Dimiſſorialibus*, quantùm jura ſtatuunt, & ipſum Capitulum Leodienſe poteſt & tenetur, fidem fieri.

Proteſtans inſuper ſolemniſſimè de nullitate eorum omnium, quæ in præjudicium præmiſſarum Proteſtationis nullitatis & Appellationis interpoſitæ ad Summum Pontificem, à præfato Capitulo Leodienſi attentabuntur aut innovabuntur, quo uſque de hiſce omnibus à præfato Sanctiſſimo DD. noſtro ſtatutum & decretum aliter fuerit, illorumque omnium, ſi quæ fiant, tanquam attentatorum & innovatorum, nullitatem proſequuturum, eaque tanquam nulla, infecta & inutilia habiturum & reputaturum, reſervans præterea

omnia alia juris & facti remedia opportuna & licita pro reparatione gravaminum & inſanabilium nullitatum; & ut hæc omnia ſuperiùs deducta enarrata & relata omnibus innoteſcere, & etiam Perilluſtri Capitulo Leodienſi intimari poſſit, præfatus Sereniſſimus Princeps & Eminentiſſimus Cardinalis Bullionius me Notarium requiſivit, quatenus ea omnia, prout jacent, in notas meas ſumerem, denique unum ſeu plura Inſtrumentum ſeu Inſtrumenta, plenam & inviolatam fidem ubique facientia expediri curarem, nec non requirerem Reverendos admodum & Ampliſſimos D D. Decanum & Canonicos inſignis Eccleſiæ Collegiatæ Beatæ Mariæ Virginis hujuſce Civitatis Huenſis, ac Ampliſſimos D. Prætorem & majores Scabinos & Magiſtratus municipales ejuſdem Civitatis, quos in ſuum Hoſpitium nunc advocavit, de veritate præmiſſorum & præſertim de die adventûs ſui in hancce Civitatem Huenſem, qui quidem omnes unanimiter teſtati ſunt, & coram omnibus affirmare parati ſunt, ſe notitiam habere præfatum Sereniſſimum Principem & Eminentiſſimum Cardinalem Bullionium in hancce Civitatem Huenſem adveniſſe die 22. menſis Februarii proximè elapſi, ibique in hanc uſque diem commoratum fuiſſe, & per id tempus ſæpius miſiſſe litteras ad præfatum Capitulum Leodienſe, quarum aliquæ typis proditæ fuerunt, & Declarationem Regiam circa neutralitatem, ad valvas omnium Eccleſiarum hujuſce Civitatis affixas fuiſſe, nec non coram ipſiſmet ſupra nominatis, Tubicinem Munitionis Namurcenſis interrogari requiſivit, qui quidem Tubicen cognominatus *Deſgranges* teſtatus eſt ſe quinquies in urbem Leodienſem detuliſſe litteras præfati Sereniſſimi Principis, & Eminentiſſimi Cardinalis Bullionii, ad præfatum Capitulum Leodienſe, & ut illorum omnium fides habeatur, & etiam præſentes poſſint citò citiùs deferri ad Perilluſtre Capitulum Leodienſe, juſſit idem Eminentiſſimus Cardinalis advocari Curſorem ordinarium hujuſce Civitatis Huenſis, cui Exemplar authenticum præſentium reponam, ut ſtatim ipſe Veredarius deferat illud ad præfatum Capitulum Leodienſe, qui quidem Curſor ſeu Veredarius cognominatus *Pynet* advocatus fuit, & coram hiſce omnibus ipſi Exemplar authenticum præſentium etiam

ſubſignatum à præfato Eminentiſſimo Cardinale, pro ut jacet in Minutâ, tradidi; & juravit & promiſit ſe delaturum idem Exemplar ſine ullâ morâ ad præfatum Capitulum Leodienſe : inſuper me requiſivit ut aliud Exemplar traderem Tubicini Munitionis Namurcenſis, ut illud quoque deferret ad præfatum Capitulum Leodienſe, nec non aliud conſignarem in manibus Præfecti *Poſtis* hujuſce Civitatis Huenſis, ut illud ad Excellentiſſimum Sedis Apoſtolicæ Nuntium Coloniæ reſidentem per Curſores ordinarios deferri curet, nec non aliud Romam expediri procuret, & horum Exemplarium traditione in manibus eorundem Inſtrumenta authentica confici curem, quæ quidem omnia ego Notarius præfatus facere pollicitus fui & de hiſce omnibus acta referre. In quorum omnium fidem iidem Domini Decanus & prænominati Canonici Eccleſiæ Collegiatæ, nec non Prætor & majores Scabini & Magiſtratus ſæculares & Tubicen, necnon Veredarius Civitatis Huenſis unà cum præfato Eminentiſſimo Cardinale & me Joanne Franciſco *Francotte* Notario publico, necnon Clariſſimo ac Ampliſſimo Domino Joanne Chriſtiano *Ancion* Medicinæ Doctore & Exconſule dictæ Civitatis Huenſis, ac Domino Leonardo Franciſco *de Bra* Clerico Leodienſi, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & requiſitis, mihi dicto Notario bene notis, ſubſignarunt Minutam originalem hujus prout & quemadmodum ſequitur:

Em. The. à Turre-Arverniæ S. E. R. Cardinalis Bullionius, Magnus Præpoſitus & Canonicus Eccleſiæ Leodienſis.

Sacr. *Ducquet*, Decanus inſignis Eccleſiæ Hyen. teſtis ad præmiſſa ſpecialiter vocatus.

Melchior *de la Tour*, Canonicus Huyen.

Engelbertus *Lantremenge*, Canonicus & Scholaſticus Huyen. teſtis ad præmiſſa vocatus.

Joannes *Melchior*, Canonicus & Officialis Capituli Huyen. teſtis ad præmiſſa vocatus.

Quod atteſtor in fidem W. Fredericus B. *de Fleron de Melin*, Canonicus Huyen.

Octavius *d'Ebelsbacht*, Canonicus Huyenſis.

Antonius

Antonius *Hocx*, Conſul Huyen. teſtis ad præmiſſa ſpecialiter vocatus.
Ludovicus *Prud'homme*, Conſiliarius Huyen.
Ægidius *de Bra*, Conſiliarius.
Petrus *Thomas*, Conſiliarius.
Joannes Franciſcus *Collard*, Conſiliarius.
J. C. *Perſotte*, *Mayeur de Huy*.
P. A. *Hauzeur*, Scabinus Huyenſis.
Joannes Franciſcus *Duſart*, Scabinus Huyenſis præſens.
Deſgranges, *Trompette*.
Sic ſignavit ✠ Antonius *Pinet*, Curſor Huyenſis, ſcripturæ ignarus.
Jean Pierre Chalon, *Maiſtre de la Poſte de Huy*.
Joannes Chriſtianus *Ancion*, Exconſul, teſtis.
Leonardus Franciſcus *de Bra*, Clericus Leodienſis, teſtis.
Sic ſignatum, Joannes Franciſcus *Francotte*, Notarius Apoſtolicus.

RESPONSUM CAPITULI.

SERENISSIME AC EMINENTISSIME PRINCEPS,

BINÆ Litteræ ejuſdem tenoris de datâ decimæ menſis currentis, ſimul cum Actu Proteſtationis & Appellationis, necnon aliæ Gallico idiomate de data decimæ tertiæ ejuſdem menſis, quibus nos Eminentiſſima Celſitudo veſtra honorare dignata eſt, ad nos delatæ fuerunt.

Eundem Actum, ſine tamen ulla admiſſione præjudiciali in eo contentorum, pro inſinuato habemus; & ut mentis noſtræ ſinceritas ac rectitudo, quâ hocce in negotio procedimus, innoteſcat, ſi quid aliud nobis Eminentiſſima Celſitudo veſtra inſinuandum judicaverit, pari modo, quando nobis conſignabitur, pro inſinuato habebimus, abſque eo quod Notarii vel alterius Officiarii publici operâ uti ſit neceſſe.

Eminentiſſimam tamen Celſitudinem veſtram ægrè non laturam confidimus, ſi attentò quòd notoriè juxta hujus Eccleſiæ Statuta & Conſuetudines jus ſuffragii non ha-

beat, nec Reſolutionibus vel Conferentiis Capitularibus, quæ circa negotium Electionis fiunt, intereſſe poſſit, eidem etiam jus appellandi non competere arbitremur; adeoque Appellationi, uti nulliter & ſine gravamine interpoſitæ, propter etiam alias rationes uberiùs poſtmodum deducendas, & ubi opus, inſinuandas, ac quamprimùm poterit, Eminentiſſimæ Celſitudini veſtræ tranſmittendas, deferre non poſſimus, & dictâ Appellatione nonobſtante, ad Electionem procedere teneamur.

Unde fruſtraneam quoque omnino petitam eum in finem, Confratrum noſtrorum, quorum etiam præſentia nobis perquam neceſſaria eſt, deputationem credimus; interim Eminentiſſimam Celſitudinem veſtram iterum atque iterum rogamus, ut perſuaſum omninò ſibi habeat, nos in futurâ Electione, omnem ſuffragiorum noſtrorum libertatem, & nil niſi gloriam Dei & communem Eccleſiæ & Patriæ utilitatem præ oculis habituros: hiſce Eminentiſſimæ Celſitudini veſtræ diuturnam incolumitatem & felicia quæque adprecantes, manemus,

Sereniſſimæ ac Eminentiſſimæ Celſitudinis veſtræ,

Humillimi & devotiſſimi ſervi
Decanus & Capitulum Perilluſtris
Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis.

De mandato RR. Adm. Perilluſtrium &
Generoſorum Dominorum meorum præfatorum
G. Schepers.

Leodii 15. Aprilis 1694.

37

IN NOMINE DOMINI AMEN. Præſentis publici Inſtrumenti tenore cunctis pateat evidenter, & ſit notum, quòd anno Domini milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo quarto, Pontificatûs ſanctiſſimi Domini noſtri D. Innocentii Papæ XII. anno tertio, Indictione ſecunda, menſis verò Aprilis die undecima, in mea Notarii Apoſtolici infraſcripti teſtiumque infra nominatorum præſentia, perſonaliter conſtitutus atque comparens Antonius *Pynet* ordinarius Civitatis Huyenſis Curſor, nobis declaravit & retulit, prout declarat & refert per præſentes, omnibus & ſingulis quorum interfuit, intereſt vel intereſſe in futurum poterit, ſe ad ſequelam juramenti & promiſſionis ad meas dicti Notarii manus heſterna die factæ, in Urbem Leodienſem tuliſſe copiam authenticam cujuſdam Actus ſeu Inſtrumenti publici Declarationis, Proteſtationis, & Appellationis per Sereniſſimum Principem & Eminentiſſimum Cardinalem Emmanuelem Theodoſium à Turre-Arverniæ S. R. E. Cardinalem Bullionium, Præpoſitum Majorem & Cuſtodem ſeu Theſaurarium, necnon Canonicum Perilluſtris Eccleſiæ Leodienſis, coram me eodem Notario, præſentibus ad id vocatis & ſpecialiter requiſitis Reverendis admodum ac Ampliſſimis Dominis Decano & Canonicis inſignis Eccleſiæ Huyenſis, Ampliſſimis Dominis Conſulibus & Magiſtratibus municipalibus, Prætoreque & Scabinis ejuſdem Civitatis geſti & ſubſignati ſub datâ ejuſdem nonæ currentis, eandemque Copiam authenticam dicti publici Inſtrumenti obtuliſſe & conſignaſſe cum Epiſtolâ ejuſdem Eminentiſſimi Cardinalis ad Perilluſtre Capitulum Leodienſe, in propriis manibus Perilluſtris Domini Canonici & Scholaſtici *Clerx* eidem loquendo: ſed eo quòd ipſe Dominus Scholaſticus reſponderet quód non ſibi ſed Perilluſtri Domino Magno Decano forent tradendæ, ipſeque comparens allegaret ſe ædes reſidentiæ ejus ignorare; litteras hujuſmodi ſibi per eundem Dominum Scholaſticum redditas tulit & conſignavit ad manus proprias Domini *Schepers* dicti Perilluſtris Ca-

pituli Leodienſis Secretarii, quem unus famulorum Perilluſtris Domini Officialis *Clercx* ſibi comparenti datus pro comitando, advocavit in Domus ſeu ſolitæ dicti *Schepers* reſidentiæ, è regione noſtræ Dominæ ad fontes ſitæ atrio; acceptóque tam à prædicto Perilluſtri Domino Scholaſtico quàm à dicto D. *Schepers* quod nullum foret ſperandum reſponſum de præſenti, quodque poſtmodum per aliam viam reſponſio ad litteras hujùſmodi mitteretur, ipſe comparens eſt ad hancce Civitatem reverſus, promittens favore juſtitiæ præſentem ſuam declarationem toties quoties ſe reiterare, de quibus omnibus ego Joannes Franciſcus *Francotte* Notarius publicus Apoſtolicus in præſentia Dominorum Joſephi *Thomas* & Leonardi Franciſci *de Bra*, Clericorum Diœceſis Leodienſis & ejuſdem Civitatis Huyenſis concivium ad præmiſſa tanquam teſtium vocatorum ſpecialiter & rogatorum, notas publicas ſumpſi, & Actum ſeu Inſtrumentum publicum fidele confeci, ſcripſi & ſubſignavi in aula modernæ & actualis Reſidentiæ Sereniſſimæ & Eminentiſſimæ ſuæ Celſitudinis ſuprafatæ in Vico Equitum ſub Parochia ſancti Dionyſii *Huy* ſitæ, anno, menſe & die ſubſcriptis, ſubſignaruntque comparens & teſtes Originale hujus, & Ego. Sic ſignatum, J. F. FRANCOTTE, Notarius Apoſtolicus ad præmiſſa præſens rogatus & requiſitus in fidem.

ANNO, Pontificatu & Indictione ſupradictis, menſis verò Aprilis die duodecima, in mea dicti Notarii Apoſtolici & teſtium infrà nominatorum præſentia, perſonaliter conſtitutus atque comparens dictus Antonius *Pynet* Curſor ordinarius Civitatis Huyenſis juravit & promiſit ad meas dicti Notarii Apoſtolici manus, ſe quaſdam Litteras Sereniſſimi Principis & Eminentiſſimi Cardinalis Bullionii Prepoſiti Majoris, Cuſtodis ſeu Theſaurarii, necnon Canonici Perilluſtris Eccleſiæ Leodienſis, ad Perilluſtre Capitulum ejuſdem Cathedralis Eccleſiæ directas, ſibi in manibus ibidem in noſtra præſentia depoſitas, indilatè laturum & conſignaturum, deque conſignatione hujùſmodi quàmprimùm revertetur in

71

hancce Civitatem Huyenſem , Declarationem in forma daturum ſuper quibus &c. Acta ſunt & fuerunt præmiſſa in aula modernæ & actualis Reſidentiæ Sereniſſimæ & Eminentiſſimæ ſuæ Celſitudinis ſuprafatæ , in Vico Equitum ſub Parochia ſancti Dionyſii *Huy* ſitæ , præſentibus ibidem DD. Leonardo Franciſco *de Bra* , & Joanne *de Haſke* , Civibus Huyenſibus , mihi bene notis , qui cum comparente ſubſignarunt Originale hujus, & Ego. Sic ſignatum , J. F. Francotte, Notarius Apoſtolicus ad præmiſſa præſens , rogatus in fidem.

IN nomine Domini Amen. Tenore præſentis publici Inſtrumenti cunctis pateat evidenter, & ſit notum , quod anno Domini milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo quarto, Pontificatûs ſanctiſſimi Domini noſtri D. Innocentii Papæ XII. anno tertio , Indictione ſecunda, menſis verò Aprilis die decima-quarta, in mea Notarii Apoſtolici & teſtium infrà ſcriptorum præſentia, perſonaliter conſtitutus Antonius *Pynet* Curſor ordinarius Civitatis Huyenſis , omnibus &c. nobis declaravit & retulit, prout per præſentes declarat, refert, & atteſtatur omnibus quorum interfuit , intereſt vel intereſſe in futurum poterit , ſe heſterna die , quæ erat decima-tertia currentis, appulliſſe in Urbem Leodienſem , ſub medium quartæ pomeridianæ, cum una Epiſtola Sereniſſimi Principis & Eminentiſſimi Cardinalis Bullionii , ad Reverendiſſimum admodum Perilluſtrem & Generoſum Dominum , Magnum Perilluſtris Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis Decanum , in quâ aſſerit ex certa ſua ſcientia, quòd una alia miſſiva pro dictæ Perilluſtris Eccleſiæ Capitulo foret incluſa , ſeque comparentem indilatè ad hoſpitium ſeu ædes ſolitæ reſidentiæ prædicti Domini Magni Decani contuliſſe , ad fores cujus fuit per Vigilem de Cohorte vice Colonelli Legionis Cuſtodum pedeſtrium Leodienſium retentus, donec proſpexit unum de famulatu , quem advocavit , reddiditque certiorem quòd haberet litteras pro Domino Magno Decano , & requiſivit, quatenus eum vellet introducere ad illas in propriis ejuſdem

Domini manibus deponendum & conſignandum, quod ipſi fuit denegatum, ſic ut fuerit coactus litteras hujuſmodi illi reddere, adjectâ inſtanti prece quatenus reſponſum aliquod ſibi afferretur tam ſuper his quàm illis quas undecima currentis Perilluſtri Capitulo Leodienſi attulit, vel ſaltem ſcedulam de litteris hujuſmodi receptis, ut fidem pleniorem facere poſſet iis, qui illum miſerant, de litterarum hujuſmodi debitis conſignationibus, cumque utcumque expectaviſſet famulus ille, comparenti nomine Domini ſui retulerit & declararit quòd probum nullum ſuper litteris hujuſmodi expectandum eſſet Reſponſum, quodque poſtea per aliam viam poſtmodum fieret, denegataque ipſi de receptis litteris ſcedula, reverſus ſit hodie in hancce Civitatem, promittens præmiſſà favore juſtitiæ toties quoties &c. reiterare ſuperquibus &c. Acta ſunt & fuerunt præmiſſa in meis dicti Notarii Apoſtolici ædibus ad *ſalvaguardiam Dei* ſub Parochia ſancti Remigii *Huy* ſitis, præſentibus ibidem Dominis Andreâ *Tixhon* & Johanne *Paſleauc* concivibus Huyenſibus, in mei Notarii vicinia commorantibus, qui cum comparente ſubſignarunt Originale hujus, & Ego. Sic ſignatum J. F. FRANCOTTE, Notarius Apoſtolicus ad præmiſſa præſens, rogatus in fidem.

IN nomine Domini, Amen. Cunctis notum & evidens pateat quòd anno Domini milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo quarto, Pontificatùs ſanctiſſimi Domini noſtri D. Innocentii Papæ XII. anno tertio, Indictione ſecunda, menſis verò Aprilis die decimâ quartâ, horâ quartâ poſt meridiem; Ego Emmanuel Theodoſius à Turre-Arverniæ, miſeratione divinâ Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Epiſcopus ſub Titulo Eccleſiæ & Epiſcopatûs Albanenſis, Præpoſitus Major, Cuſtos & Canonicus Perilluſtris Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis, propter gravamina inflicta aut in poſterum infligenda, denuo & iterum, quantum opus eſt, inſequendo, Proteſtationem & Appellationem à me interpoſitam de & à prætenſis Statutis & Decretis ejuſdem Perilluſtris Capituli Leodienſis,

32

prout latius continetur & jacet in Inſtrumento publico per Joannem Franciſcum *Francotte* Notarium Apoſtolicum in Civitate Huyenſi conſtitutum,coram teſtibus ibidem denominatis, ſub die nonâ præſentis menſis Aprilis geſtum, quod exhibitum & conſignatum fuit eidem Perilluſtri Capitulo Leodienſi,die decimâ ejuſdem menſis, tam per viam Curſoris ordinarii præſentis Civitatis Huyenſis, quàm Tubicinis Præſidii Namurcenſis, cùm omnis alia via foret & ſit interdicta, propter metum & potentiam Præfectorum Copiis fœderatis, quæ Urbem Leodienſem replent, PROVOCO & APPELLO ad ſanctiſſimum Dominum noſtrum D. Innocentium Papam duodecimum,ejuſque Sedem Apoſtolicam & Curiam Romanam, de & à prætenſis Statutis ejuſdem Capituli Leodienſis, tanquam nullis & invalidis, quibus me uti *foraneum* ab Electione Epiſcopi & Principis Leodienſis amovere prætendit, quam de & à prætenſo Decreto per dictum Leodienſem Capitulum, ſub die vigeſimâ-ſeptimâ menſis Februarii proximè elapſi lato, quo me *foraneum* declaravit, & in Electionibus non admittendum pronunciavit; quod quidem Decretum ſolum mihi innotuit die octavâ præſentis menſis Aprilis, per traditionem mihi factam litterarum ejuſdem Capituli de die ſeptimâ ejuſdem menſis currentis, ſub plicâ quarum Decretum illud ad me tranſmiſſum fuit, inſuper appello iterum de & ab omnibus Actibus, Tractatibus aut Indictionibus ab eodem Capitulo Leodienſi, me, meoque jure contempto & ſpreto, factis, nec non à denegatione juſtitiæ mihi à dicto Capitulo factâ, ac de omnibus inde ſecutis & ſequendis, & *Apoſtolos Dimiſſoriales* denuò inſtanter, inſtantiùs & inſtantiſſimè peto; & ut præſentium Actus publicus & authenticus conficiatur, advocavi eundem Joannem Franciſcum *Francotte* Notarium publicum & Apoſtolicum Civitatis Huyenſis, Diœceſis Leodienſis, ut præſentem Libellum appellatorium propriâ ejus vel alterius Secretariorum meorum manu ſcriptum & per me ſubſignatum, ſigillique mei impreſſione munitum, in Notas ſuas ſumeret, & unum ſeu plura Inſtrumenta deſuper conficere curaret ſuper quibus &c. Sic ſignatum ad Originale hujus, Em. The. à Turre-Arverniæ, S. R. E. Cardinalis Bullionius, Magnus Præpoſitus & Canonicus Eccleſiæ Leodienſis,

loco † ſigilli in cerâ rubrâ impreſſi. Idcirco pateat Univerſis & ſingulis quòd anno, menſe, die, Pontificatu & Indictione quibus ſuprà, comparuerit coram me Notario Apoſtolico ſuprà nominato & Teſtibus infrà denominatis, præfatus Sereniſſimus Princeps & Eminentiſſimus Cardinalis Bullionius, nunc hoſpitatus in Civitate Huyenſi, Diœceſis Leodienſis, in Vico Equitum Parochiæ ſancti Dionyſii, qui quidem præſatum libellum appellatorium manu ſua ſubſignatum, in manibus mei Notarii in præſentiâ dictorum Teſtium recitavit, & ad manus meas proprias depoſuit, & à me Actum ſeu Inſtrumentum publicum deſuper requiſivit, quem ipſi conceſſi, ibidemque denuo & iterum proteſtatus eſt, prout per præſentes proteſtatur de nullitate omnium, quæ ab ipſo Perilluſtri Capitulo acta ſunt & peragentur in contemptum & præjudicium ſuæ appellationis interpoſitæ: & quia hucuſque ipſi à præfato Capitulo denegata fuit juſtitia propter turbas militum Urbem Leodienſem obſidentes, licet per jura & Conſtitutiones Imperiales expreſsè prohibitum ſit, vi & injuriâ uti adverſus eos qui appellant & cuſtodiâ militari circumſiſtere, ſitque interdictum ducibus gentium obſtruere illis viam, quâ Appellatio poſſit intimari; cumque etiam litteræ *Dimiſſoriales*, quas *Apoſtolos* vocant, numquam debeant denegari, tamen ex quo ſuper Proteſtatione nullitatis & Appellatione ad ſummum Pontificem interpoſita per Actum authenticum de die nona præſentis menſis, ipſi Capitulo intimatum ſub die ſequenti, decimâ currentis, prout ex relationibus à me qualitate quâ ſuprà exceptis & confectis, conſtat, illas litteras *Dimiſſorias* ſeu *Apoſtolos* idem Capitulum concedere diſtulit & recuſavit; Idcirco ne ulteriora gravamina inferantur præfato Eminentiſſimo Cardinali Bullionio, inſequendo Proteſtationem de nullitate & ipſi necnon Appellationi interpoſitæ inhærendo, me Notarium præfatum requiſivit ut Reverendiſſimum Dominum ac Patrem Michaelem *Lambrecht* totius Canonici Ordinis Regularium ſanctæ Crucis Magiſtrum Generalem, & Reverendum admodum Dominum Sacratium *Ducquet* Inſignis & Archidiaconalis Eccleſiæ Beatæ Mariæ Virginis Huyenſis Decanum, Prælatos in Dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutos, ut coram ipſis eaſdem Proteſtationes

inſequendo,

inſequendo, in juſtitiæ toties ab eodem Capitulo Leodienſi denegatæ, defectum & ſupplementum, eidem Eminentiſſimo Cardinali litteræ *Dimiſſoriæ* ſeu *Apoſtoli* ad ſummum Pontificem, Sedemque Apoſtolicam & Curiam Romanam, ac ad omnes alios quoſcumque ad quos de jure ſpectat, fas eſt & licet, concedantur, in quantum opus ſit vel eſſe poterit; qui quidem Reverendiſſimus Dominus Generalis & Reverendus admodum Dominus Decanus comparuerunt anno, menſe, die & loco quibus ſuprà, coram me Notario Apoſtolico & teſtibus infrà denominatis; & coram ipſis denuo juſſit recitari & perlegi Actum authenticum Proteſtationis & Appellationis de die nonâ præſentis menſis Aprilis, necnon relationes à Curſore ſeu Tabellario hujuſce Civitatis factas, fidem facientes de tranſmiſſione & conſignatione ejuſdem Inſtrumenti in manibus Secretarii ejuſdem Capituli, & etiam præſentem Actum publicum; quibus quidem omnibus perlectis, recitatis & auditis; & poſtquam idem Eminentiſſimus Cardinalis primò, ſecundò, tertiò, inſtanter, inſtantiùs & inſtantiſſimè petiit iterum ſibi de *Apoſtolis* reſponderi, iidem Domini Prælati reſponderunt unanimiter ſe, in quantum opus ſit & ipſis de jure competit & competere poteſt, & omni meliori modo quatenus jura ſtatuunt & permittunt, *Apoſtolos* & Litteras *Dimiſſorias* ad Summum Pontificem & ſanctam Sedem Apoſtolicam & Curiam Romanam concedere, nec non Litteras teſtimoniales relaxaverunt, prout per præſentes relaxant, & de iiſdem *Apoſtolicis* reſponderunt ac reſpondent, cùm non detur tutus acceſſus ad Perilluſtre Capitulum Leodienſe, quod præfata Decreta & Statuta tulit, ſuper quibus omnibus &c. Præterea idem Sereniſſimus Princeps & Eminentiſſimus Cardinalis Bullionius conſtituit de novo in ſuos Procuratores generales & ſpeciales, itaut generalitas ſpecialitati, nec è contrà, obſtare poſſit, omnes & ſingulos præſentium aut copiæ earum authenticæ latores, huic albo inſcribendos. . . . .

. . . .

Et eorum quemlibet in ſolidum, quibus abſentibus tanquam præſentibus, idem Sereniſſimus Princeps & Eminentiſſimus Cardinalis mandatum ſpeciale dedit & per præſentes dat,

ut præſens Inſtrumentum intiment & intimari procurent Perilluſtri Capitulo Leodienſi, nec non aliis quibuſcumque ſuâ intereſſe habentibus aut habere putantibus; & ſtatim coram eodem Eminentiſſimo Cardinale, nec non Reverendiſſimis Dominis Prælatis ſupradictis & teſtibus infrà denominatis, duplex Originale facere curavi, quorum unum ſigillis præfatorum DD. Generalis & Decani clauſum & obſignatum, per Curſorem ordinarium hujuſce Civitatis, Leodium, in manibus Notarii Perilluſtris Capituli præfati, deferatur; de quo Acta conficere pollicitus fui, aliud verò in notis meis reponatur & ſumatur, ut inde poſtea unum ſeu plura Inſtrumentum ſeu Inſtrumenta confici valeant, ſuper quibus &c. Acta ſunt & fuerunt præmiſſa omnia & ſingula anno, Pontificatu, Indictione, menſe, die & loco ſupradictis, præſentibus ibidem tamquam teſtibus ſpecialiter vocatis, requiſitis & adhibitis Dominis Joanne *de Reſteau*, & Leonardo Franciſco *de Bra*, concivibus Huyenſibus in viciniâ Hoſpitii Sereniſſimi Principis & Eminentiſſimi Cardinalis commorantibus, mihi dicto Notario benè notis. Sic ſignatum ad Originale hujus: Em. The. à Turre-Arverniæ S. R. E. Cardinalis Bullionius, Magnus Præpoſitus & Canonicus Eccleſiæ Leodienſis. In quantum jura Statuunt, reſpondemus de *Apoſtolis* Michael *Lambrecht* Generalis Ordinis ſanctæ Crucis. In quantum jura Statuunt, reſpondemus de *Apoſtolis* Sacratius *Ducquet*, Decanus inſignis Eccleſiæ Collegiatæ Beatæ Mariæ Virginis Oppidi Huyenſis. Loco † † ſigillorum Reverendiſſimorum præfatorum Dominorum in cerâ rubrâ impreſſorum. J. *de Reſteau* teſtis, Leonardus Franciſcus *de Bra* teſtis.

Et quia ego Joannes Franciſcus *Francotte* Notarius Apoſtolicus præmiſſa omnia & facta ſic vidi & audivi, ideo præſens publicum Inſtrumentum exinde feci, ſcripſi & ſubſignavi præſens requiſitus, anno, menſe, die, loco, Pontificatu & Indictione ſupradictis. Sic ſignatum, J. F. FRANCOTTE, Notarius Apoſtolicus in fidem.

ANNO Domini milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo quarto, menſis Aprilis die decima-quinta, hora ſeptima de mane, vel circiter, ego Joannes Franciſcus *Francotte*, Notarius Apoſtolicus in Civitate Huyenſi, Leodienſis Diœceſis, reſidens, fidem facio & atteſtor me adſtatim depoſuiſſe & conſignaſſe realiter ad manus Venerabilis Domini Liberti *Licops* Paſtoris *in Freres*, de eadem Diœceſi, & Connotario Apoſtolico, alterum Originalium ſchedulæ ſive libelli *Apoſtolorum dimiſſorialium*, de & à prætenſis Statutis Perilluſtris Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis & Decreto per ejuſdem Eccleſiæ Perilluſtre Capitulum, vigeſima ſeptima Februarii noviſſimi prætenſivè lato, per Sereniſſimum Principem & Eminentiſſimum Cardinalem Bullionium, Requiſitoriæ ſeu Requiſitorii, Actuſque ſeu Inſtrumenti publici, per me dictum Notarium, tàm deſuper, quàm Reſponſione de *Apoſtolis* in forma juris per Reverendiſſimos Dominos Prælatos Dominum Generalem totius Canonici Ordinis Regularium ſanctæ Crucis, & Dominum Decanum inſignis Eccleſiæ Collegiatæ Huyenſis, facta in notas meas in forma Actus publici excepti, ipſi Domino Paſtori & Notario *Licops*, loquendo, reſpondentique & promittenti ſolemniter dictum Originale, in propriis Domini *Schepers*, dicti Perilluſtris Capituli Leodienſis, Notarii & Secretarii manibus depoſiturum & conſignaturum, & de conſignatione hujuſmodi Actum publicum ſeu Relationem in forma probante & authentica daturum, ſuper quibus &c. Acta ſunt & fuerunt præmiſſa *Huy* in aulâ Hoſpitii moderni, Sereniſſimi Principis & Eminentiſſimi Cardinalis ſupradicti in Vico Equitum Parochiæ ſancti Dionyſii ſiti, præſentibus ibidem Joanne *de Reſteau*, & Leonardo Franciſco *de Bra*, concivibus Huyenſibus in vicinia dicti Hoſpitii habitantibus, qui ſubſignarunt cum Domino comparente ſupradicto Originale hujus, & Ego. Sic ſignatum. J. F. FRANCOTTE, Notarius Apoſtolicus ad præmiſſa præſens, requiſitus in fidem.

ANNO Domini milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo quarto, die verò decimo quinto menſis Aprilis, Pontificatûs ſanctiſſimi Domini noſtri Innocentii Papæ XII. anno tertio, Indictione ſecunda, notum ſit omnibus quod ego Libertus *Licops*, Notarius Apoſtolicus in Villa *de Frere* prope Tongros, Diœceſis Leodienſis, ad inſtantiam Sereniſſimi Principis & Eminentiſſimi Cardinalis Emmanuelis Theodoſii à Turre-Arverniæ, Epiſcopi Cardinalis ſub titulo Eccleſiæ & Epiſcopatûs Albanenſis, Præpoſiti Majoris, necnon Cuſtodis & Canonici Perilluſtris Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis, nunc in Civitate Huyenſi, Leodienſis Diœceſis, commorantis, Litteras *Dimiſſoriales* ſeu *Apoſtolos* ad præfatum Summum Pontificem & Curiam Romanam, de quibus Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Domini Abbas Generalis totius Ordinis Regularium ſanctæ Crucis, & Sacratius *Ducquet*, inſignis & Archidiaconalis Eccleſiæ Huyenſis Decanus, reſponderunt in defectum & ſupplementum juſtitiæ denegatæ ab eodem Capitulo Leodienſi, intercluſæ, necnon firmatæ exterius ſuper plicam, eorumdem Dominorum ſigillo, in manus repoſui, in præſentia teſtium mecum ſubſignatorum, Domini *Schepers* & Secretarii ejuſdem Capituli Leodienſis, in vico. . . ejuſdem Civitatis Leodienſis, habitantis, alloquendo perſonam ipſius Domini *Schepers*, ut ipſas Litteras *Dimiſſoriales* & *Apoſtolos* eoſdem reddat & remittat eidem Perilluſtri Capitulo Leodienſi, & Archiviis Capituli ejuſdem inſeri curet; & inſuper ad inſtantiam ejuſdem Eminentiſſimi Cardinalis Bullionii, denuo & iterum & inſequendo intimationem jam factam nomine ipſius, eidem Perilluſtri Capitulo Leodienſi de Proteſtatione nullitatis & Appellatione ad eundem Summum Pontificem ejuſque Sedem Apoſtolicam & Curiam Romanam, ſecundum Actum deſuper confectum per *Francotte* Notarium Apoſtolicum in Civitate Huyenſi degentem, die nona menſis præſentis, eidem Capitulo Leodienſi, in perſona ejuſdem Domini *Schepers*, ejuſdem Capituli Notarii, feci & ſignificavi eidem Perilluſtri Capitulo Leodienſi, eundem Eminentiſſimum Car-

dinalem Bullionium denuo appellare ad eundem Summum Pontificem, ejuſque Sedem Apoſtolicam & Curiam Romanam, prout in prædictis Litteris *Dimiſſorialibus* & *Apoſtolis*, de quibus ſuprà plenius continetur, & proteſtari denuo de nullitate omnium attentatorum & attentandorum, & in quantum opus ſit, rurſus, primò, ſecundò, tertiò, inſtanter, inſtantiùs & inſtantiſſimè, ut de *Apoſtolis* quos denuo petit, ab eodem Perilluſtri Capitulo Leodienſi reſpondeatur & fides authentica fiat, & in quantum vellent eoſdem *Apoſtolos* ſeu Litteras *Dimiſſorias* concedere, declarat idem Eminentiſſimus Cardinalis ſe domicilium eligere in Civitate Huyenſi, Diœceſis Leodienſis, in qua nunc habitat, necnon denuo & iterum & ſine præjudicio præcedentium intimationum jam factarum eidem Capitulo Leodienſi, die decima menſis præſentis, eundem Actum Proteſtationis & Appellationis ad eundem Summum Pontificem notificavi, ipſiuſque copiam ſignatam *Francotte*, Notarius Apoſtolicus, dedi & intimavi in præſentia teſtium ut ſuprà, eidem Capitulo Leodienſi in præſentia ejuſdem Domini *Schepers*, Secretarii præfati Capituli: proteſtans nomine quo ſuprà, de nullitate & de omnibus quæ de jure debent fieri. Et ut de præmiſſis omnibus fides indubitata fiat tam præſentis Inſtrumenti quàm prædictæ Proteſtationis & Appellationis ad Sedem Apoſtolicam, necnon Originale earumdem Litterarum *Dimiſſorialium* de quibus ſuprà, dimiſi & reliqui in manibus prædicti Domini *Schepers*, alloquendo ipſius perſonam ut ſuprà. In cujus rei fidem ego Notarius Apoſtolicus relationem præſentem feci in præſentiâ teſtium Guillelmi *Dombret* & Franciſci *Dejardin*, mecum ſubſignatorum tam in Originali quàm copiâ relicta in manibus dicti *Schepers*, anno, menſe, die, quibus ſuprà. Sic ſignatum ad Originale hujus, *Guillaume Dombret*, *François Dejardin*, Libertus *Licops*, Notarius Apoſtolicus ad præmiſſa requiſitus.

INFRA ſcriptus Notarius Apoſtolicus in Civitate Huyenſi, Diœceſis Leodienſis, commorans, teſtor, ſignifico & ad notitiam omnium & ſingulorum ſuâ intereſſe habentium &

habere putantium favore juſtitiæ deduco, ſupra ſcriptum Actum eſſe propria Vener. Domini Liberti *Licops* Notarii Apoſtolici, Paſtoris *In Frere* prope Tongros, de dicta Diœceſi, manu ſcriptum, per ipſum Dominum *Licops* recognitum, mihi traditum & in meis Notis publicis repoſitum. Datum *Huy* in meis ædibus ad *ſalvaguardiam Dei* ſitis, hac decima-quinta menſis Aprilis anni milleſimi ſexcenteſimi nonageſimi quarti. Ita eſt. Sic ſignatum, J. F. FRANCOTTE, Notarius Apoſtolicus in fidem.

ANNO Domini milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo quarto, menſis Aprilis die decima-quinta, in mea Notarii publici Apoſtolici teſtiumque infrà nominatorum præſentia, perſonaliter conſtitutus Dominus Natalis *Heinc*, Clericus Leodienſis Diœceſis, Rector perpetui ſimplicis Beneficii Eccleſiaſtici ad Altare ſeu ſub Invocatione ſancti Nicolai in Eccleſia Parochiali ſancti Remigii Huyenſis, ſiti & erecti, omnibus quorum intereſt, interfuit, aut intereſſe poterit, declaravit & fatetur per præſentes, ſibi & ad manus proprias fuiſſe conſignatas copias ſeu tranſumptus authenticatos certorum Inſtrumentorum Declarationis, Proteſtationis & Appellationis de data nonæ currentis, necnon Appellationis, Proteſtationis & *Apoſtolorum* Remiſſorialium & Teſtimonialium petitionis per Sereniſſimum Principem & Eminentiſſimum Cardinalem Bullionium, uti Præpoſitum Majorem, Cuſtodem & Canonicum Perilluſtris Eccleſiæ Leodienſis, eoque nomine, appellantem ad ſanctiſſimum Dominum noſtrum Papam & ſanctam Sedem Apoſtolicam ac Curiam Romanam, à denegata ſibi juſtitia, deque & à prætenſo Decreto per Reverendos admodum Perilluſtres ac Generoſos Dominos Decanum & Capitulum dictæ Cathedralis Eccleſiæ lato vigeſima-ſeptima Februarii noviſſimi, per quod eundem Sereniſſimum Principem & Eminentiſſimum Cardinalem, *foraneum* declararunt, ſubdata ejuſdem anni, menſis verò Aprilis diei decimæ-quartæ, horâ quarta pomeridiana, dictaſque copias & tranſumptus per me Notarium præfatum ad ea ro-

36

gatum & requiſitum ſignatas & authenticatas, promiſſione per comparentem adjecta ſe ad manus Perilluſtris Domini *Clercx* dictæ Cathedralis Eccleſiæ Scolaſtici, realiter conſignaturum, & de conſignatione facta quantociùs relationem & atteſtationem in forma daturum, ſuper quibus &c. Acta ſunt & fuerunt præmiſſa *Huy* in meis dicti Notarii ædibus ad *ſalvaguardiam Dei* ſub Parochia ſancti Remigii ſitis, præſentibus ibidem tanquam teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & requiſitis Dominis Andræa *Tichon* & Joanne *Paſleauc* teſtibus ad præmiſſa adhibitis, qui cum dicto Domino comparente ſubſignarunt Originale hujus, & Ego. Sic ſignatum, J. F. FRANCOTTE, Notarius Apoſtolicus præſens in fidem.

ANNO Domini milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo-quarto, menſis Aprilis die decima-ſeptima, in mea Notarii Apoſtolici infrà ſcripti & teſtium inferiùs denominatorum præſentia, perſonaliter conſtitutus dictus Dominus Natalis *Heinc*, Clericus & Rector ſupradictus, omnibus viâ modo & formâ melioribus, aliaſque, omnibus & ſingulis quorum interfuit, intereſt ſeu intereſſe quomodolibet in futurum poterit, retulit & atteſtatus eſt, prout refert & atteſtatur per præſentes, ſe circa veſperam decimæ-quintæ currentis conſignaſſe ad manus proprias Perilluſtris & Generoſi Domini Perilluſtris Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis Scholaſtici *Clerx* dictas copias ſeu tranſumptus authenticos certorum Inſtrumentorum Declarationis, Proteſtationis & *Apoſtolorum* Teſtimonialium petitionis, ſub data decimæ-quartæ currentis, horâ quarta pomeridiana, loquendo eidem Domino Scholaſtico, qui ſibi comparenti reſpondit quòd pro intimatis haberet, promittens toties quoties &c. reiterare & firmare præmiſſa, ſuper quibus &c. Acta ſunt & fuerunt præmiſſa *Huy* in meis dicti Notarii ædibus ad *ſalvaguardiam Dei* ſub Parochia ſancti Remigii ſitis, præſentibus ibidem D D. Leonardo Franciſco *de Bra* & Joanne *Paſleauc* concivibus Huyenſibus, teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & requiſitis, anno, menſe & die ſupradictis, qui quidem comparens &

teſtes ſubſignarunt Originale hujus, & Ego. Sic ſignatum, J. F. FRANCOTTE, Notarius Apoſtolicus ad præmiſſa præſens in fidem.

ANNO Domino milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo quarto, menſis Aprilis die decima quinta, in mea Notarii Apoſtolici infràſcripti, teſtiumque infrà nominatorum præſentiâ, perſonaliter conſtitutus Antonius *Pynet* Curſor ordinarius Civitatis Huyenſis, omnibus &c. nobis declaravit & retulit, prout per præſentes declarat, refert & atteſtatur omnibus quorum intereſt vel intereſſe in futurum poterit, ſe heſternadie quæ erat decima-quarta currentis appuliſſe ſummo mane in Urbem Leodienſem, portaturum Epiſtolam Sereniſſimi Principis & Eminentiſſimi Cardinalis Bullionii, ad Reverendiſſimum admodum Perilluſtrem & Generoſum Dominum Perilluſtris Eccleſiæ Leodienſis Decanum, quam conſignavit realiter per manus unius famulorum ejus, ſic ut viderit eundem Perilluſtrem Dominum Magnum Decanum dictam Epiſtolam aperientem & legentem, dictumque famulum ſibi comparenti tuliſſe Domini ſui reſponſum, quòd videlicet feciſſet convocare Capitulum ſuum, reſque in Epiſtola tactas eſſet capitulariter propoſiturus, quod proinde deliberatio deſuper & reſponſum deberent ab eodem Capitulo procedere & venire; hinc dictus comparens reverſus eſt in hancce Civitatem heri veſperi, promittens toties quoties præmiſſa reiterare, & juramento, ſi opus eſt, favore juſtitiæ firmare, ſuper quibus &c. Acta ſunt & fuerunt præmiſſa *Huy* in meis dicti Notarii ædibus ſub Parochia ſancti Remigii ad *ſalvaguardiam Dei* ſitis, præſentibus ibidem Dominis Andræa *Tixhon* & Joanne *Paſleauc* concivibus Huyenſibus, teſtibus ad præmiſſa adhibitis, qui cum dicto comparente ſubſignarunt Originale hujus, & Ego. Sic ſignatum. J. F. FRANCOTTE, Notarius Apoſtolicus ad præmiſſa præſens, in fidem.

COPIE

COPIE DE LA LETTRE ECRITE à Monſieur Clerx Ecolaſtre du Chapitre de Liege.

A Huy ce 17. Avril 1694.

COMME par la Lettre, Monſieur, que je receus hier du Chapitre de Liege à ſept heures du ſoir, par un Tambour de la Garniſon de Liege, qui eſt dattée du 15. de ce mois, il m'aſſûre, ſur la demande que je luy avois faite de me nommer un Officier public ou du Chapitre même ou de la Ville, pour notifier les Actes que je crois devoir faire pour la défenſe de mes droits & de la liberté canonique, que je pouvois luy envoyer, comme j'ay fait par le paſſé, par le Meſſager ordinaire de cette Ville à Liege, ces mêmes Actes, & qu'il les tiendra pour notifiez juridiquement; je vous envoye dans cette confiance un troiſiéme Acte d'Appel en réiterant par ſurabondance de droit les précedens.

Comme par cette même Lettre du Chapitre je ſuis informé qu'il a eſté forcé d'arreſter contre tout droit, qu'il paſſeroit outre nonobſtant mes precedentes Appellations au ſaint Siege; j'ay jugé à propos en adherant, d'interjetter encore de nouveau Appel au ſaint Siege de ce même Decret, comme vous le verrez plus amplement déduit dans l'Acte autentique que je vous envoye.

Je vous prie, Monſieur, ayant laiſſé par la confiance que j'ay en voſtre probité, le nom du Procureur en blanc, de vouloir bien faire ſignifier, & intimer dés aujourd'huy ces mêmes Actes au Chapitre, dans la meilleure forme que vous le jugerez à propos, & de le faire lire Lundy matin ou dés demain ſi cela ſe peut, dans l'aſſemblée du Chapitre, & de faire demander en plein Chapitre, par qui vous jugerez à propos, que mes precedens Actes de Proteſtation de nullité & d'Appellation au ſaint Siege, avec ceux que je vous envoye, ſoient lûs, & qu'ils ſoient inſerez dans les Archives,

pour y avoir recours, & qu'en outre le Chapitre ſoit requis & interpellé de m'accorder les Lettres Dimiſſoriales ſur toutes mes Appellations, ſans préjudicier aux precedentes procedures par moy faites.

Le Chapitre eſt le maiſtre de me faire telles réponſes qu'il luy plaira, mais au moins qu'il me ſoit délivré un Acte en forme, de ſes réponſes ou de ſes refus.

Je vous prie encore, ſi on paſſe outre, de faire réïterer tous les jours qu'on s'aſſemblera, mes Proteſtations de nullité, Appellations & Requiſitions, ſi tant eſt que le Chapitre vüeille paſſer outre à une pretenduë Election, ce que je ne puis m'imaginer qu'on puiſſe faire, lors qu'on y aura fait une ſerieuſe reflexion.

Je vous diray, Monſieur, que je ne puis pas croire que cette reſolution de paſſer outre au préjudice de mes Proteſtations & de mes Appellations déja devoluës au ſaint Siege, puiſſe eſtre la deliberation d'un Chapitre où il y a tant de perſonnes éclairées.

Le pretexte qu'on allegue eſt ſi frivole, que j'ay ſujet d'en eſtre étonné. L'on fait dire que je n'ay point de voix, & c'eſt de quoy je me plains, de ce que le Chapitre m'en a privé contre toute ſorte de droit.

De vouloir donc paſſer outre, c'eſt eriger dans le Chapitre un Tribunal ſuperieur à celuy du Pape, puiſque c'eſt preciſement ce qui eſt à juger à Rome, ſi on a dû ou pû me priver de voix active dans la prochaine Election, & ſi on a pû faire les autres Actes à mon préjudice.

Je ne vous en dis pas d'avantage, parce que je ne doute pas que vous ne voyiez ces choſes là comme moy.

Voſtre exactitude, Monſieur, dans la réponſe que vous m'avez faite à la derniere Lettre que je vous écrivis en vous envoyant mon ſecond Acte avec les Lettres Dimiſſoriales obtenuës ſur le refus du Chapitre, me fait eſperer que par le retour de ce Meſſager à qui j'ay remis ce paquet, vous m'en[illegible] voyerez un Certificat ou un Acte qui en accuſera la rece[illegible] & en meſme temps, que vous voudrez bien prendre la [illegible] de me faire ſçavoir par voſtre réponſe, ſi vous eſtes c[illegible] de faire faire toutes les ſignifications & requiſitions [illegible]

Digitized by Google

tives que je vous explique par celle-cy, en qualité d'Ecolaſtre du Chapitre, puiſque le Chapitre m'a refuſé de m'accorder un Officier public, à qui je puiſſe m'addreſſer pour les faire faire.

Je puis vous aſſurer, Monſieur, que perſonne ne peut avoir plus de conſideration & d'eſtime pour vous, que

LE CARDINAL DE BOUILLON.

IN NOMINE DOMINI. AMEN. Cunctis pateat evidenter & ſit notum quod anno Domini milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo quarto, Pontificatus ſanctiſſimi Domini noſtri D. Innocentii Papæ duodecimi anno tertio, Indictione ſecunda, menſis verò Aprilis die decima-ſextâ, hora quarta poſt meridiem, Ego Emmanuel Theodoſius à Turre-Arverniæ, miſeratione divinâ, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Epiſcopus ſub Titulo Eccleſiæ & Epiſcopatus Albanenſis, Præpoſitus Major, Cuſtos necnon Canonicus Perilluſtris Cathedralis Eccleſiæ Leodienſis, in Civitate Huyenſi à duobus menſibus conſtitutus; propter gravamina mihi & meæ Cardinalitiæ Dignitati à Perilluſtri Capitulo Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis inflicta aut in poſterum infligenda, tertiò & iterùm quantum opus ſit, inhærendo Proteſtationi à me factæ & Appellationi interpoſitæ ad ſanctiſſimum Dominum noſtrum Innocentium Papam XII. ejuſque Sedem Apoſtolicam & Curiam Romanam, prout plenius continetur in Actu deſuper confecto coram *Francotte* Notario publico & Apoſtolico in Civitate Huyenſi commorante, de die nona præſentis Aprilis, ipſi Perilluſtri Capitulo Leodienſi intimato & delato, tam per Curſorem ordinarium hujuſce Civitatis in Civitatem Leodienſem, quàm per Tubicinem Munitionis Namurcenſis, cùm alia via ad eoſdem Perilluſtres de Capitulo Leodienſi mihi non patuerit, & omnis alius acceſſus obſtructus fuerit; & etiam affixo ad valuas Eccleſiarum convicinarum Urbis Leodienſis, & in præſenti Civitate Huyenſi, necnon inhærendo etiam Appellationi meæ inhæſivè ad eumdem Sanctiſ-

ſimum Dominum noſtrum D. Innocentium Papam duodecimum, ejuſque Sedem Apoſtolicam, quæ continetur in Actu iterativo ejuſdem Appellationis de die decima-quarta præſentis menſis Aprilis, necnon ſine præjudicio *Apoſtolorum* ſeu Litterarum *Dimiſſorialium*, de quibus mihi inſtanter inſtantiùs & inſtantiſſimè petenti reſponderunt Reverendiſſimi ac Perilluſtres Domini, Dominus ac Pater Michael *Lambrecht* totius Canonici Ordinis Regularium ſanctæ Crucis Magiſter Generalis, & Dominus Sacratius *Ducquet*, inſignis Eccleſiæ Collegiatæ Huyenſis Decanus, in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti, prout conſtat per Actum authenticum deſuper confectum per eundem *Francotte*, Notarium Apoſtolicum, eadem die decima-quarta menſis præſentis Aprilis, quem decima-quinta hujuſce menſis intimari curavi eidem Perilluſtri Capitulo Leodienſi: item & tertiò ad Sanctiſſimum Dominum, Dominum Innocentium Papam XII. Sedem Apoſtolicam & Curiam Romanam, tam de & à prætenſis Statutis ejuſdem Perilluſtris Capituli Leodienſis tamquam nullis & invalidis, quibus me *foraneum* eſſe prætendit, quàm à Decreto lato à Perilluſtri Capitulo Leodienſi die vigeſima-ſeptima menſis Februarii proximè elapſi, per quod me tanquam *foraneum*, privandum voce activâ in Electionibus pronunciavit, quod mihi innotuit ſolummodò die octava præſentis menſis Aprilis currentis, quamque de omnibus aliis Tractatibus, Indictionibus & deliberationibus huc uſque ab eodem Perilluſtri Capitulo Leodienſi, me contempto, factis & in poſterum faciendis circa negotium prætenſæ futuræ Electionis Epiſcopi & Principis Leodienſis, uti & de omnibus inſecutis & inſequendis, necnon de & à denegatione juſtitiæ huc uſque ab ipſo Capitulo facta, licèt ſæpius expoſtulata: & inſuper proteſtor de nullitate omnium attentatorum aut attentandorum & tertiò & iterum quantum opus ſit, primò, ſecundò, tertiò, inſtanter, inſtantiùs & inſtantiſſimè *Apoſtolos* peto, in quorum fidem, teſtimonium & robur, præſentem libellum Proteſtationis, Appellationis & *Apoſtolorum* petitionis per præfatum Notarium, vel alterum Secretariorum meorum ſcriptum, Ego manu propria ſignavi, & ſigilli mei impreſſione communiri feci, necnon per dictum Notarium ſubſignari, anno.

menſe, die, Pontificatu, Indictione & loco ſupradictis, loco † ſigilli in cerâ rubra impreſſi, deinde, ſic ſignatum, Em. The. à Turre-Arverniæ, S. R. E. Cardinalis Bullionius, Magnus Præpoſitus & Canonicus Eccleſiæ Leodienſis; deinde ſic ſubſignatum, de Mandato Sereniſſimi Principis & Eminentiſſimi Cardinalis Præpoſiti & Canonici ſuprâfati, Joannes Franciſcus FRANCOTTE, Notarius Apoſtolicus in fidem.

INſuper notum ſit & evidenter pateat quòd anno, menſe & die quibus ſuprà, comparuerit coram me dicto Notario & teſtibus infrà denominatis, Sereniſſimus Princeps & Eminentiſſimus Cardinalis Bullionius, Præpoſitus Major, Cuſtos & Canonicus Perilluſtris Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis in aula Reſidentiæ ſuæ actualis in Vico-Equitum ſub Parochia ſancti Dionyſii Huyenſis ſitæ, conſtitutus, qui quidem affirmavit prout affirmat & teſtatur per præſentes, ſe manu propria ſubſignaviſſe anno, menſe, die, hora, & loco ſuperiùs expreſſis Actum Appellationis & reiteratæ Requiſitionis *Apoſtolorum*, mihique dicto Notario mandaviſſe eundem Actum ſubſcribere, juſſiſſeque ſigilli ſui impreſſione muniri, ibidemque prædictus Sereniſſimus Princeps & Eminentiſſimus Cardinalis iterum eumdem Actum reiterando & renovando, omnibus &c. declaravit ſe feciſſe & conſtituiſſe, prout per præſentes conſtituit in procuratorem ſuum generalem & ſpecialem.

. . . . :.

latorem præſentium ad ſpecialiter & expreſsè ſui nomine & pro ipſo Eminentiſſimo Cardinale comparente, tàm Actum Proteſtationis nullitatis & Appellationis ad Sanctiſſimum Pontificem, de die nona hujuſce menſis currentis, quàm Actum etiam iterativum ejuſdem Appellationis de die decima-quarta menſis currentis, ſuprà enarratos, uti & præſentem hodiernum, in Capitulo debitè perlegi faciendum, in ipſius Archiviis reponi curandum, & de requiſitis hujuſmodi Actum conſici procurandum, necnon inſuper tertiò (ſine præjudicio tamen Actorum deſuper confectorum) in quantum opus eſt, & ad exuberantiam juris, in omni meliori modo viâ & effectu quo de jure poteſt & debet, primò, ſecundò, tertiò, inſtanter, inſtantiùs & inſtantiſſimè ab eodem Perilluſtri Capitulo Leo-

dienſi *Apoſtolos* petendum, & illis reſponderi interpellandum, & etiam proteſtandum denuo, & ex abundantia, tam de denegatione juſtitiæ, ſi pertinaciùs recuſetur, tamque & inſanabilibus nullitatibus attentatiſque & attentandis, quàm de recurſibus opportunis, ſuis loco & tempore, & viis beneviſis capiendis, præſentemque Actum toties quoties ipſi Domino conſtituto videbitur, reiterandum ſeu reiterari demandandum, ſingulaque neceſſaria & opportuna circa præmiſſa faciendum, gerendum & exercendum, fierique, geri & exerceri curandum & ordinandum, quæ idem Sereniſſimus Princeps & Eminentiſſimus Cardinalis faceret, gereret & exerceret, fierique, geri & exerceri mandaret vel juberet aut requireretur, ſi præſentialiter intereſſet, etiamſi talia forent, quæ mandatum magis ſpeciale quàm præſentibus ſit expreſſum, requirerent, cum poteſtate etiam unum vel plures Procuratores & negotiorum geſtores generales & ſpeciales ſubſtituendi ad effectum omnium & ſingulorum præmiſſorum, & generaliter &c. promittens &c. relevans &c. ſuperquibus &c. Acta ſunt & fuerunt hæc præmiſſa in Dominorum Joannis *de Reſteau*, & Leonardi Franciſci *de Bra*, Concivium Huyenſium, in vicinia dictæ Reſidentiæ modernæ ſuæ Celſitudinis & Eminentiæ ſuprafatæ, habitantium, teſtium ad præmiſſa vocatorum & adhibitorum, anno, menſe, die, horâ, loco, Pontificatu & Indictione ſupradictis, Sic ſignatum, Emmanuel Theodoſius à Turre-Arverniæ, Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Bullionius, Magnus Præpoſitus & Canonicus Eccleſiæ Leodienſis, Joannes *de Reſteau*, Leonardus Franciſcus *de Bra* teſtis, & ego Notarius Apoſtolicus infraſcriptus.

PRæterea notum ut ſuprà &c. ſit quòd iiſdem anno, menſe, die & loco ſupradictis, coram me Notario publico Apoſtolico prædicto circa ſeptimam pomeridianam ad infraſcripta faciendum, in præſentia eorundem teſtium ſuprà Inſtrumentatorum, ſpecialiter vocato, rogato & requiſito, comparuerit perſonaliter idem Sereniſſimus Princeps & Eminentiſſimus Cardinalis Bullionius, Præpoſitus Major, Cuſtos & Canonicus antefatus, ibidemque declaravit, delatas adſtatim ſibi Litteras à Perilluſtri Capitulo Leodienſi profectas

ſub data decimæ-quintæ currentis, per Tympanotribam Munitionis dictæ Urbis, quem effectivè, ego & præfati teſtes in exteriori Camera ejuſdem Eminentiſſimi Cardinalis conſpeximus, per quas ſi quidem Litteras idem Perilluſtre Capitulum, teſtatum eidem Eminentiſſimo Cardinali facit, ejus Actum Proteſtationis & Appellationis de die nona currentis menſis, ſibi conſignatum eſſe die ſequenti decima ejuſdem, eumque pro inſinuato ſe habere, ſed Appellationi nolle deferre, eâque nonobſtante, ad Electionem Epiſcopi & Principis proceſſurum: quod cum ſit contra omne jus, ſitque directè illud idem quod Eminentiſſimus Cardinalis ſuprafatus per tot Litteras Capitulo ſignificavit, nimirum ſe prævidiſſe nullam ſperandam rationem Miniſtrorum, imo nec Principum Eccleſiæ, neque Legum Canonicarum, quamdiu potentia armorum Militum heterodoxorum in eadem Urbe Leodienſi præpolleret, & hoc ipſum ſatis innotuerit, non ſolùm ex contemptu ſui, ſed etiam Cardinalitiæ ſuæ Dignitatis (quâ *nulla major in Eccleſiâ*, ait Eugenius IV. Pontifex Summus) facto in omnibus deliberationibus huc uſque à præfato Capitulo initis & captis; non tamen potuerat ſibi venire in mentem quod dictum Perilluſtre Capitulum nullam habiturum eſſet authoritatis Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ rationem nec reſpectum ullum: cujus Canonicæ ſanctiones expreſsè & abſolutè ſtatuunt, quod ſi de aliqua Exceptione quæſtio oriatur, & exinde contingat Appellationem fieri ſeu interjici; eidem Exceptioni ſit meritò ſuperſedendum, & interjectæ deſuper Appellationi ſit deferendum, juraque omnia prohibeant ne interim ſeu pendente hujuſmodi Appellatione, aliquid attentetur, decernantque irritum omnino & inane quidquid poſt interpoſitam ad Sedem Apoſtolicam Appellationem fieri aut innovari contingit, ſemperque authoritati Eccleſiæ Romanæ tanquam omnium Eccleſiarum matri ſit deferendum; non tamen ſine magno animi ſui dolore idem Sereniſſimus Princeps & Eminentiſſimus Cardinalis Bullionius advertit, res eò deveniſſe Leodii, ut Perilluſtre Capitulum Copiis Militum heterodoxorum undequaque circumdatum, violenter & ad nutum illarum ducatur & trahatur, in gravem contemptum ipſius Sanctæ

Digitized by Google

Romanæ Eccleſiæ Summi Pontificis, ejuſque Sedis Apoſtolicæ, ad quem & quam, tanquam ad Caput omnium Eccleſiarum refugiumque & tutamen ſuffugere deberet, ut auxilium & liberationem à gravaminibus ſibi inflictis conſequeretur. Hinc idem Sereniſſimus Princeps & Eminentiſſimus Cardinalis, Primariæ, poſt Epiſcopalem, in eadem Perilluſtri Eccleſia Leodienſi Dignitatis, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, munere provocatus & adactus, tam ex præmiſſis, quàm ex aliis gravibus de cauſis uberiùs coram Sanctiſſimo Domino noſtro D. Innocentio Papâ duodecimo, ipſiuſque Sede Apoſtolica (quæ ſupremè omnes Eccleſiaſticos dijudicat) & in Curia Romana, ſuis tempore & loco deducendis, proteſtatur iterum ſolemniſſimè de nullitate, violentiâ ac de omnibus attentatis, innovatis, gravaminibuſque & indebitis factionibus in hoc & præcedentibus Inſtrumentis ſeu Actibus publicis latiùs declaratis & mentionatis, & citra præjudicium quodvis, ſtantibuſque in robore ſuo Appellationibus jam toties ac per tres Actus ſucceſſivos interjectis reſpectivè & renovatis, ipſiſque ac illarum ſingulis firmiter inhærendo, provocavit & appellavit denuo & ex abundantiâ ad Sanctiſſimum Dominum noſtrum D. Innocentium Papam duodecimum, ejuſque Sedem Apoſtolicam & Curiam Romanam, prout per præſentes provocat & appellat de & à prætenſo Decreto per dictum Perilluſtre Leodienſis Eccleſiæ Capitulum lato; per quod declaravit ſe, nonobſtante Appellatione ab Eminentiſſimo Cardinali interpoſita, ad Electionem Epiſcopi & Principis Leodienſis proceſſurum; tanquam à Decreto nullo, irrito & inani, & contra legitimam Sanctæ Sedis authoritatem apertè lato. Declaravit inſuper & declarat idem Eminentiſſimus Cardinalis quod quia huc uſque ſibi ab eodem Perilluſtri Capitulo omnis juſtitia fuerit denegata, nec *Apoſtolos* ſuper præcedentibus Appellationibus obtinuerit, omnibus viâ, modo, formâ, fineque & effectu melioribus, quibus poteſt & debet, petiiſſe & petere per præſentes primò, ſecundò, tertiò, inſtanter, inſtantiùs & inſtantiſſimè *Apoſtolos*, & ad præſentem Actum Appellationis inhæſivè coram Perilluſtri Capitulo ſæpe fato renovandum, intimandum, inſinuandum, renovarique, intimari & inſinuari faciendum ab eodem Capitulo, primò, ſecundò,

tertiò,

tertiò, inſtanter, inſtantiùs, inſtantiſſimè *Apoſtolos*, *Dimiſſoriales* & teſtimoniales ad ſummum Pontificem, & ſanctam Sedem Apoſtolicam ac Curiam Romanam, petendum & requirendum coram ipſo Perilluſtri Capitulo, de nullitatibus inſanabilibus proceſſûs ad Electionem ſi quæ fiat, & ſi etiam contra præſentem, & præcedentes Appellationes attentetur, ſolemniſſimè proteſtandum, ſimiliaque neceſſaria requiſita & opportuna faciendum, gerendum & exercendum; cum poteſtate ſubſtituendi unum vel plures Procuratores, ceteriſque ad præmiſſa omnia & ſingula requiſitis clauſulis, conſtituit præfatum . . . . in ſuum procuratorem generalem & ſpecialem, itaut generalitas ſpecialitati, nec è contrà, obſtare uſquam poſſit, & generaliter &c. ſuperquibus &c. Acta ſunt præmiſſa in eorundem Dominorum *de Reſteau*, & *de Bra*, teſtium ſpecialiter vocatorum & requiſitorum præſentiâ, anno, menſe, die, horâ, loco, Pontificatu, & Indictione ſupradictis. Sic ſignatum, Em. The. à Turre-Arveniæ, S. R. E. Cardinalis Bullionius, Magnus Præpoſitus & Canonicus Eccleſiæ Leodienſis. J. *de Reſteau* teſtis, Leonardus Franciſcus *de Bra* teſtis.

Et quia ego Joannes Franciſcus *Francotte* Notarius Apoſtolicus præmiſſis omnibus & ſingulis interfui, illaque ſic vidi & audivi, idcirco præſens publicum Inſtrumentum exinde confeci rogatus & requiſitus, illudque ſcripſi & ſubſignavi anno, menſe, die, loco, Pontificatu & Indictione ſupradictis. Sic ſignatum, J. F. FRANCOTTE, Notarius Apoſtolicus in fidem.

ANNO Domini milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo quarto menſis Aprilis die decimâ-octavâ, in mea Notarii publici Apoſtolici & teſtium inferiùs nominatorum præſentiâ, perſonaliter conſtitutus atque comparens Antonius *Pynet*, hujus Civitatis Huyenſis, Leodienſis Diœceſis, Curſor ordinarius, omnibus fine & effectu melioribus, nobis ac omnibus, quorum intereſt, interfuit vel intereſſe in futurum poterit, retulit, atteſtatus eſt ac aſſeruit, prout per præſentes aſſerit & atteſtatur, ſeſe heſternâ die decimâ ſeptimâ currentis, tradidiſſe & conſignaſſe ad manus Perilluſtris Domini Cathedralis Eccleſiæ Leodienſis Scholaſtici Domini *Clerx*, unam Epiſtolam in qua ſibi conſtat quod incluſa foret Copia authentica Actus ſeu Inſtrumenti publici cujuſdam Proteſtationis, Appellationis & *Apoſtolorum* petitionis per Sereniſſimum Principem & Eminentiſſimum Cardinalem Bullionium decimâ-ſextâ currentis, coram me dicto Notario & teſtibus in dicto Actu inſtrumentatis, geſti, eidem Domino Scholaſtico loquendo; ſuper quibus &c. Acta ſunt & fuerunt præmiſſa ad Eccleſiam Magni Xenodochii vulgò Leproſariæ extra & propè oppidum Huyenſem præfatum, præſentibus ibidem Reverendo Domino Natale *de Comblin* Paſtorum Huyenſium Decano & apud ſanctum Petrum extra muros ejuſdem Oppidi Paſtore, necnon Domino Joanne *Gregoire*, teſtibus ad præmiſſa vocatis & adhibitis, mihi dicto Notario benè notis, ſubſignavitque dictus comparens Originale hujus, & Ego. Sic ſignatum, J. F. FRANCOTTE, Notarius Apoſtolicus ad præmiſſa præſens, in fidem.

Extractum ex Concluſionibus Capitularibus Perilluſtris Capituli Leodienſis pridiè ſpecialiter indicti.

Feriâ ſecunda, decimâ nonâ Aprilis 1694.

REPRODUCTUS fuit ſecundus Actus Appellationis à Sereniſſimo Cardinali Præpoſito interjectæ, cum Lit-

teris *Dimiſſorialibus* ſuper eâ à Generali Crucigerorum & Decano Eccleſiæ Collegiatæ Oppidi Huenſis conceſſis. Exhibitus quoque fuit tertius Actus Appellationis Perilluſtri Domino Scholaſtico tranſmiſſus; quos RR. Adm. Perilluſtres ac Generoſi Domini mei, abſque tamen ullâ in iis contentorum admiſſione præjudiciali, & citra quodcumque præjudicium, pro inſinuatis, prout & propoſitas in ſingulis Actibus Electionis Appellationum & Proteſtationum reiterationes, cenſentes, per dictum Perilluſtrem Dominum Scolaſticum, præſens Decretum præfato Sereniſſimo Cardinali Præpoſito eſſe tranſmittendum dixerunt.

Per Extractum ut ſuprà,
G. SCHEPERS.

IN NOMINE DOMINI. AMEN. Cunctis pateat evidenter & ſit notum quòd anno Domini milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo quarto, Pontificatûs ſanctiſſimi Domini D. Innocentii divinâ Providentiâ Papæ duodecimi anno tertio, Indictione ſecunda, menſis verò Aprilis die vigeſimâ, horâ ſeptimâ poſt meridiem, comparuerit Sereniſſimus Princeps & Eminentiſſimus Cardinalis Emmanuel Theodoſius à Turre-Arverniæ, Miſeratione divinâ S. E. R. Cardinalis Epiſcopus ſub Titulo Eccleſiæ & Epiſcopatus Albanenſis, Præpoſitus Major, Cuſtos & Canonicus Perilluſtris Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis, nunc hoſpitatus in Vico-Equitum Parochiæ ſancti Dionyſii in Civitate Huyenſi, Diœceſis Leodienſis, in mea Notarii publici Apoſtolici & teſtium inferiùs nominatorum præſentiâ, qui quidem Eminentiſſimus Cardinalis retulit ſe intellexiſſe Capitulum Leodienſe hâcce hodiernâ die congregatum fuiſſe, ut vacaret prætenſæ Electioni Epiſcopi & Principis Leodienſis, licèt de jure non poſſet illa Electio celebrari in præjudicium Appellationum à ſe interpoſitarum

ad ſanctiſſimum Dominum noſtrum D. Innocentium Papam duodecimum, ejuſque Sedem Apoſtolicam & Curiam Romanam, quæ legitimè intimatæ & notificatæ fuerunt eidem Capitulo Leodienſi, & ſuper iiſdem Litteras *Dimiſſoriales* obtinuerit ab Illuſtriſſimis & Reverendiſſimis D D. Generali Crucigerorum & Decano Eccleſiæ Collegiatæ Huyenſis, ſicut pleniùs relatum eſt in Actibus à me dicto Notario jam deſuper confectis, quibus mediantibus, eædem Appellationes ad Sedem Apoſtolicam devolutæ jam reperiuntur; tamen cum omnia per vim & violentiam in hacce prætensâ Electione peragenda ſemper prævidiſſet, quod dum Civitas Leodienſis undique replebatur in plateis, vicis & circuitibus Clauſtrorum ejuſdem Perilluſtris Eccleſiæ Leodienſis, Militibus armatis in eum modum, ac ſi de aliquâ Expeditione militari ageretur, ita omnia per tumultum in ipſo Capitulo Leodienſi pertractata fuerint, ut veritas eorum omnium, quæ jam & ab initio tractatus Electionis ab eodem Eminentiſſimo Cardinali prævisa fuerant (Deo ita providente) compleretur: & licèt forſan poſt invocationem ſancti Spiritus in Miſſâ quæ præceſſit convocationem Capituli, Perilluſtris Dominus Decanus cum viginti & uno Canonicis agnoverint non poſſe Electionem Canonicam celebrare, & idcirco poſt diverſas hinc inde altercationes horâ dimidiâ poſt meridiem pronunciaverit Capitulum eſſe ſolutum, & receſſerit cum illis viginti & uno Canonicis, tamen alii Canonici ſine novâ Convocatione, in Capitulo morati fuerint uſque ad tertiam horam pomeridianam, & Electionem nullam & invalidam ac prorſus attentatam facere præſumpſerint, quæ quidem prætenſa Electio nullo modo de jure ſubſiſtere poteſt, & ultra gravamina jam deducta in præcedentibus Inſtrumentis ſeu libellis appellatoriis ejuſdem Eminentiſſimi Cardinalis, cum omniâ in diſcordiâ facta ſint in eodem Capitulo & in contemptum jurium omnium & authoritatis ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, idcirco denuo & rurſus declarat præfatus Eminentiſſimus Cardinalis ſe appellare ad ſanctiſſimum Dominum noſtrum D. Innocentium Papam duodecimum, ejuſque Sedem Apoſtolicam & Curiam Romanam, tanquam de nullâ & attentatâ per vim & violentiam peractâ prætenſâ

43

Electione, & inhærendo præcedentibus Appellationibus & Proteſtationibus nullitatis, ſe opponit quatenus prætenſus ſic Electus in aliquam adminiſtrationem aut functionem, quæ de jure poſſet competere Electo legitimè, intromittere ſe audeat, nec aliquid ipſius nomine peragatur, impediens & prohibens inſuper omni meliori modo & formâ quâ poteſt aut de jure debet, ne aliquid ulteriùs peragatur ab eodem Capitulo, ſed omnia ad Sedem Apoſtolicam remittantur, ut de illis ſummus Pontifex ſtatuat, petens denuo ab eodem Capitulo Leodienſi, primò, ſecundò, tertiò, inſtanter, inſtantiùs & inſtantiſſimè *Apoſtolos*, ſibique de Litteris *Dimiſſoriis* reſponderi & fidem fieri, & in quantum opus eſt, per præſentes Eminentiſſimus Cardinalis Bullionius, Procuratorem ſuum generalem & ſpecialem conſtituit . . .

. . . .

necnon latorem præſentium, quibus in ſolidum mandatum ſpeciale dedit, ut ipſius nomine & pro ipſo, præſens Inſtrumentum eidem Perilluſtri Capitulo Leodienſi intimari & notificari procuret, deque ipſius intimatione & notificatione, necnon de lectione, quam requirit fieri in Capitulo ubi primùm pro aliis negotiis capitularibus congregabitur, Actum requiri curet, & in defectum jam denegatæ toties juſtitiæ à Capitulo, de quâ denegatione jam ad Summum Pontificem appellavit, idem Inſtrumentum omni meliori modo & viâ quâ poterit, inſinuari faciat, proteſteturque de nullitate attentatorum & attentandorum, & de omnibus quæ de jure fieri debent & poſſunt, necnon coram eodem Capitulo in quantum opus ſit, denuo appellet & provocet ad eundem Sanctiſſimum Dominum noſtrum D. Innocentium Papam, ejuſque Sedem Apoſtolicam & Curiam Romanam, & præſentes Proteſtationes nullitatis reiteret & renovet, atque de *Apoſtolis* ſupradictis reſponderi ſæpius & inſtanter & inſtantiſſimè interpellet, promittens &c. relevans &c. ſuper quibus &c. Acta ſunt & fuerunt præmiſſa omnia & ſingula in præſentiâ Dominorum Joannis de *Haſque*, & Leonardi Franciſci *de Bra*, concivium Huyenſium in viciniâ Hoſpitii præfatæ ſuæ Eminentiæ commorantium, anno, menſe, die, horâ, loco, Pon-

tificatu & Indictione ſupradictis. Sic ſignatum ad Originale hujus, Em. The. à Turre-Arverniæ, S. R. E. Cardinalis Bullionius, Magnus Præpoſitus & Canonicus Eccleſiæ Leodienſis, Leonardus Franciſcus *de Bra* teſtis, Joannes *de Haſque* teſtis.

Et quia ego Joannes Franciſcus *Francotte* Notarius Apoſtolicus præmiſſis omnibus interfui, & ſic vidi & audivi declarari, proteſtari & appellari, ideo præſens publicum Inſtrumentum exinde confeci, rogatus & requiſitus, illudque ſcripſi & ſubſignavi anno, menſe, die, loco, Pontificatu & Indictione ſupradictis. Sic ſignatum, J. F. FRANCOTTE, Notarius Apoſtolicus in fidem.

ANNO Domini milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo quarto, menſis Aprilis die vigeſima-quarta, in mea Notarii publici Apoſtolici, & teſtium inferiùs nominatorum præſentiâ, perſonaliter conſtitutus Dominus Andræas *du Rieu* Notarius etiam Apoſtolicus, omnibus viâ, modo, formâ fineque & effectu melioribus, favore juſtitiæ ac omnibus quorum intereſt vel intereſſe in futurum poterit, nobis retulit & atteſtatus eſt, ſe die vigeſima prima currentis, intimaſſe Perilluſtri Domino Scholaſtico Perilluſtris Eccleſiæ Leodienſis *Clerx*, ipſi loquendo, & in propriis illius manibus conſignando Inſtrumentum publicum Declarationis, Proteſtationis, & Appellationis per Sereniſſimum & Eminentiſſimum Cardinalem Bullionium, coram me dicto Notario Apoſtolico vigeſimâ currentis, horâ ſeptima pomeridiana factæ, eundemque Dominum Scholaſticum, pro dictæ ſuæ Eminentiæ parte & nomine ejus requirendo quatenus dictum Inſtrumentum in ipſo pleno & ſedente Capitulo legi curare & ordinare vellet, quod ſe facturum dicto comparenti reſpondit, promittens præſentem ſuam Declarationem toties quoties reiterare, ſuperquibus &c. Acta ſunt & fuerunt præmiſſa *Huy* in Hoſpitio reſidentiæ prædictæ ſuæ Eminentiæ ſub Parochia ſancti Dionyſii ſito, præſentibus ibidem D D. Joanne *Dereſteau* &

Franciſco *de Bra* concivibus Huyenſibus, teſtibus ad præmiſſia vocatis ſpecialiter & requiſitis, qui teſtes ſubſignarunt Originale hujus, & Ego. Sic ſignatum, J. F. Francotte, Notarius Apoſtolicus ad præmiſſa præſens in fidem.

ANNO Domini milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo quarto, menſis Aprilis die vigeſimâ-ſextâ, in mea Notarii Apoſtolici infrâſcripti, teſtiumque inferiùs nominatorum præſentia, perſonaliter conſtitutus Carolus *des Granges*, in Legione Equeſtri *d'Anjou*, in urbe Namurcenſi modò præſidiariâ, Tubicen, nobis declaravit & atteſtatus eſt, prout per præſentes declarat & atteſtatur, ſe die vigeſima-ſecunda currentis tuliſſe unam Epiſtolam Sereniſſimi & Eminentiſſimi Cardinalis Bullionii, ad Perilluſtre Capitulum Leodienſe, illamque depoſuiſſe ad manus ſuæ excellentiæ Domini Comitis *Tſerclas de Tilly* Copiarum Leodienſium Generalis, qui per unum ex nobilibus ſuis illam mandavit deferri & conſignari ad manus Perilluſtris Domini Scholaſtici *Clerx* vel Secretarii Capituli Leodienſis, in qua ſiquidem Epiſtola bene ſcit & ſibi conſtantiſſimum eſt quòd Actus publicus Proteſtationis & Appellationis eadem die per dictam ſuam Celſitudinem & Eminentiam coram me dicto Notario geſtus, erat incluſus, promittens præſentem ſuam Declarationem toties, quoties &c. reiterare, ſuper quibus &c. Acta ſunt & fuerunt præmiſſa in meis dicti Notarii ædibus ad *ſalvaguardiam Dei* ſub Parochia ſancti Remigii Civitatis Huyenſis, Leodienſis Diœceſis, ſitis, præſentibus ibidem Domino Gerardo *de Prez*, & Domino Leonardo Franciſco *de Bra*, concivibus Huyenſibus. Sic ſignatum ad Originale hujus, *des Granges*, Gerardus *de Prez*, Leonardus Franciſcus *de Bra*, teſtis, & ego. Sic ſignatum, J. F. Francotte, Notarius Apoſtolicus ad præmiſſa præſens, rogatus in fidem.

IN NOMINE DOMINI, AMEN. Cunctis ſit notum, quòd anno Domini milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo quarto, Pontificatûs Sanctiſſimi Domini noſtri Innocentii Papæ duodecimi anno tertio, Indictione ſecundâ, menſis verò Aprilis die vigeſimâ ſecundâ, ante meridiem, comparuerit perſonaliter in mea Notarii publici & Apoſtolici, teſtiumque infrà denominatorum præſentiâ, Sereniſſimus Princeps & Eminentiſſimus Cardinalis Emmanuel Theodoſius à Turre-Arverniæ, miſeratione Divinâ S.R.E. Cardinalis Epiſcopus ſub titulo Eccleſiæ & Epiſcopatûs Albanenſis, Præpoſitus major, Cuſtos & Canonicus Perilluſtris Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis, nunc hoſpitatus in Vico-Equitum, Parochiæ ſancti Dionyſii, in Civitate Huyenſi, Diœceſis Leodienſis, qui quidem Eminentiſſimus Cardinalis Bullionius retulit haçce hodiernâ die ſibi innotuiſſe præ tumultu armorum, omnia quæ de jure debebant fieri juxta Electionem Epiſcopi & Principis Leodienſis ſecundùm Leges & Canones Eccleſiæ, cum diſcordiâ etiam Capitularium, (Deo ita permittente, ut confunderet illos qui ſeminaverunt zizania) peracta fuiſſe; & licèt nihil poſſet ab eodem Capitulo Leodienſi attentari in præjudicium Proteſtationum nullitatis & Appellationum ab Eminentiſſimo Cardinale interpoſitarum, ipſi Capitulo Leodienſi toties intimatarum; & licèt prætenderit in contemptum authoritatis ipſius Sedis Apoſtolicæ Electionem facere die vigeſimâ menſis currentis, & ſic de facto omnia quæ poterant circa eandem prætenſam Electionem pertractari, conſummata fuerint per publicationem Scrutinii factam manu armatâ & contra jus omne, tamen denuo heſternâ die congregati fuerint aliqui Canonici, qui pridiè proteſtati fuerant in Capitulo contra Electionem, quam alii ex oppoſitâ parte intendebant facere in præjudicium & in attentationem præfatarum Proteſtationum & Appellationum ab ipſo Eminentiſſimo Cardinale interpoſitarum, ſeſe congregaverunt in Domo privata extra Capitulum, ut novam Electionem peragerent, & tandem in diſcordiâ ipſiuſmet Capituli, iidem Canonici

Canonici aliam Electionem alterius perſonæ publicare attentaverint, quæ omnia ſatis ſchiſma quod in Eccleſiâ Leodienſi hodie reperitur, denotant, & ſatis demonſtrant nullam potuiſſe fieri liberam & Canonicam Electionem in Urbe Leodienſi, in quâ omnia legibus armorum tractantur & non Legibus Eccleſiaſticis.

Hinc eſt ut hiſce de cauſis & graviſſimis aliis pleniùs deducendis, declarat idem Eminentiſſimus Cardinalis Bullionius, ſe denuo omni meliori modo, quo de jure poteſt aut debet, de duabus prætenſis Electionibus tanquam nullis, ſchiſmaticis & prorſus invalidis, appellaviſſe prout per præſentes appellat & provocat ad ſanctiſſimum Dominum noſtrum D. Innocentium Papam duodecimum, ejuſque Sedem Apoſtolicam & Curiam Romanam, & ne in dies magis gravetur ipſa Eccleſia Leodienſis, quæ ſemper legitimo Paſtore viduata reperitur, & cùm ipſi incumbat nunc tanquam Præpoſito Majori ejuſdem Eccleſiæ Leodienſis, & tanquam primæ poſt Epiſcopalem Dignitati ejuſdem Eccleſiæ, invigilare, ne tempore hujuſce ſchiſmatis aliqua attententur in præjudicium jurium & libertatum ejuſdem Eccleſiæ, proteſtatur de nullitate omnium Decretorum, Conventionum & Tractatuum, qui nomine ejuſdem Capituli ſuſcipientur, fient ac peragentur, quouſque à ſanctiſſimo Domino noſtro D. Innocentio Papâ duodecimo, paternâ ſuâ Providentiâ & vigilantiâ Paſtorali ſuper univerſas Eccleſias, proviſum fuerit circa adminiſtrationem ejuſdem Eccleſiæ Leodienſis adhuc viduatæ, & proteſtari inſuper de attentatis omnibus & de attentandis profitetur, nec non declarat ſeſe opponere formaliter quo minùs ſic prætenſis illis duobus Electis in diſcordiâ & ſchiſmate, aliquod obſequium, ſub prætextu illarum prætenſarum Electionum, ſine præjudicio tamen reverentiæ ipſorum Dignitati & generis claritati & ſplendori debitæ, exhibeatur in eadem Eccleſia Leodienſi, & ne ſe ullatenus intromittant in adminiſtratione temporalium aut aliorum, quæ reſpiciunt jura Eccleſiæ viduatæ, petens iterum, in quantum opus ſit, denuo & inhærendo præcedentibus Proteſtationibus & Appellationibus, primò, ſecundò, tertiò, inſtanter, inſtantiùs, & inſtantiſſimè *Apoſtolos*, ſibique de Litteris *Dimiſſoriis* à

M

Digitized by Google

Capitulo reſponderi; & ad præſens publicum Inſtrumentum Proteſtationis iterativæ & inhæſivæ Appellationis eidem Perilluſtri Capitulo Leodienſi competenter intimandum, & quatenùs opus ſit, in ipſo Capitulo reiterandum & renovandum, deque intimatione, reiteratione & renovatione, Actum ſeu Actus publicos conficiendum, per præſentes idem Eminentiſſimus Cardinalis Bullionius Procuratorem ſuum generalem & ſpecialem conſtituit, ...

. . . .

. . . .

necnon latorem præſentium, quibus in ſolidum mandatum ſpeciale dedit præmiſſa faciendi, gerendi & exercendi cum omnibus & ſingulis clauſulis prægnantiſſimis neceſſariiſque & requiſitis, promittens &c. relevans &c. Acta ſunt & fuerunt præmiſſa in præſentiâ Dominorum Joannis *de Reſteau* & Leonardi Franciſci *de Bra*, concivium Huyenſium in viciniâ Hoſpitii ſuprafatæ ſuæ Celſitudinis & Eminentiæ commorantium, teſtium ad præmiſſa adhibitorum, anno, menſe, die, loco, Pontificatu & Indictione ſupradictis. Sic ſignatum ad Originale hujus, Em. The. à Turre-Arverniæ, S. R. E. Cardinalis Bullionius, Magnus Præpoſitus & Canonicus Eccleſiæ Leodienſis. J. *de Reſteau*, teſtis. Leonar. Franc. *de Bra*, teſtis.

Et quia Ego Joannes Franciſcus *Francotte* Notarius Apoſtolicus præmiſſis interfui, & vidi & audivi Declarari, Proteſtari & Appellari, idcirco præſens publicum Inſtrumentum exinde confeci, ſcripſi & ſubſcripſi, rogatus & requiſitus, anno, menſe, die, loco, Pontificatu & Indictione ſupradictis. Sic ſignatum, J. F. FRANCOTTE Notarius Apoſtolicus in fidem.

IN nomine Domini, Amen. Cunctis & ubique pateat evidenter & ſit notum quòd anno Domini milleſimo ſexcenteſimo nonageſimo quarto, Pontificatûs ſanctiſſimi Domini noſtri Domini Innocentii Papæ XII. anno tertio, Indictione ſecundâ, menſis verò Aprilis die vigeſimâ-quartâ,

perſonaliter conſtitutus Sereniſſimus Princeps & Eminentiſſimus Cardinalis Emmanuel Theodoſius à Turre-Arverniæ, miſeratione divinâ Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Bullionius Epiſcopus ſub Titulo Eccleſiæ & Epiſcopatûs Albanenſis, in mei Notarii Apoſtolici & teſtium inferiùs nominatorum præſentiâ, qui omnibus &c. nobis expoſuit quomodo die vigeſimâ ſecundâ currentis, copiam authenticam cujuſdam Actus ſeu Inſtrumenti publici, Declarationis, Proteſtationis & Appellationis reiterativarum, in Miſſivâ ad Perilluſtrem Dominum Perilluſtris Capituli Leodienſis Scholaſticum *Clerx* directa recluſam, conſignari mandaverat, & conſignata fuerat in manibus Tubicinis Præſidii Namurcenſis, nominati *des Granges*, ferendam & tradendam eidem Domino Scholaſtico, ad intimationes hujuſmodi, nomine Perilluſtris Capituli Leodienſis & pro ipſo recipiendas, denominato, deputato & authoriſato, per quem Actum ſeu Inſtrumentum publicum, idem Eminentiſſimus Cardinalis inhærendo prioribus omnibus quibuſcumque Proteſtationibus & Appellationibus ab antefactis & reiteratis, à novo & iterum proteſtatur de nullitate & nullitatibus duarum prætenſarum in Epiſcopum & Principem Leodienſem Electionum, quas idem Perilluſtre Capitulum in ſe ipſo diviſum de duabus diverſis perſonis fecit, tanquam nullarum prorſus, invalidarum & ſchiſmaticarum, cujus copiam huic præſenti Inſtrumento ſubinſeri idem Eminentiſſimus Cardinalis mandavit, ut ubique pro hìc ſpecialiter expreſſo & reiterato habeatur.

Cùm verò ſit diſceſſui ſuo proximus, & necdum reverſus ſit dictus Tubicen, vereaturque ne inter turbationes & diſtractiones, quas dictum Perilluſtre Capitulum & Eccleſia Leodienſis ad cauſam dictarum prætenſarum Electionum patiuntur, idem Tubicen non potuerit commiſſam Litterarum & Actus ſeu Inſtrumenti præfati copiæ conſignationem & intimationem perficere, vel ne ipſe Perilluſtris Dominus Scholaſticus illam acceptare noluerit, aliudve dicto Tubicini evenerit obſtaculum, quominus commiſſionem ſuam adimplere & de adimpletione hujuſmodi relationem vel certiorationem referre valuerit, idem Sereniſſimus Princeps & Eminentiſſimus Cardinalis Bullionius, nequiens diutiùs manere in

hacce Civitate & Diœceſi Leodienſi, ob negotia ſua urgentia, & hodie diſcedere intendens, ne poſtmodum poſſit ſibi aliquid circa præfatæ ſuæ Proteſtationis & Appellationis intimationem imponi ſeu imputari omiſſum ſeu commiſſum, omnibus viâ, modo, formâ, fine & effectu melioribus, fecit conſtituit & ſolemniter deputavit, prout facit, conſtituit & ſolemniter deputat per præſentes, omnes & ſingulos quoſcumque Notarios & Tabelliones publicos, alioſque executores ſeu ad executiones faciendas admiſſos & qualificatos, quibus in ſolidum mandatum ſpeciale dedit & dat per præſentes, ad hujuſce præſentis & ſubinſerti ſeu publicorum Inſtrumentorum copiam & copias authenticas eidem Perilluſtri Domino Scholaſtico & Domino dicti Perilluſtris Capituli Secretario, & eorum alteri, realiter in propriis manibus conſignandum & intimandum, ut per ipſos vel illorum alterum, Inſtrumenta hujuſmodi Perilluſtribus Dominis Capitularibus debitè producantur, monſtrentur, notificentur & ad notitiam cujuslibet eorum deducantur, deque conſignatione & intimatione hujuſmodi Actum ſeu Actus publicos faciendum & dandum, ſingulaque circa præmiſſa neceſſaria & opportuna faciendum, gerendum & exercendum, etiamſi talia forent quæ mandatum magis ſpeciale quàm præſentibus ſit expreſſum, requirerent, petiitque dictus Eminentiſſimus Cardinalis ſibi de præmiſſis unum Inſtrumentum & Inſtrumenta publica confici ad competenter intimandum, & ubi opus fuerit, renovandum, & generaliter &c. promittens &c. relevans &c. ſuper quibus &c. Acta ſunt & fuerunt præmiſſa in aula modernæ habitationis præfatæ ſuæ Celſitudinis & Eminentiæ in Vico-Equitum Civitatis Huyenſis, Leodienſis Diœceſis, ſub Parochia ſancti Dionyſii ſitæ, præſentibus ibidem tanquam teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & requiſitis, Domino Joanne *de Reſteau* & Leonardo Franciſco *de Bra*, concivibus Huyenſibus, in vicinia dictæ reſidentiæ commorantibus. Sic ſignatum ad Originale hujus, Em. The. à Turre-Arverniæ, S. R. E. Cardinalis Bullionius, Magnus Præpoſitus Eccleſiæ Leodienſis, Johannes *de Reſteau*, teſtis, Leonardus Franciſcus *de Bra*, teſtis.

Et quia ego Joannes Franciſcus *Francotte* Notarius Apoſtolicus præmiſſis interfui, ideo præſens publicum Inſtrumentum exinde confeci, rogatus & requiſitus, illudque ſcripſi & ſubſcripſi anno, menſe, die, loco, Pontificatu & Indictione ſupradictis. Sic ſignatum, J. F. FRANCOTTE, Notarius Apoſtolicus in fidem.

DISQUISITIO STATUTORUM Perilluſtris Cathedralis Eccleſiæ Leodienſis circa FORANEITATEM.

DISQUIRENDUM incumbit utrùm Sereniſſimus Princeps & Eminentiſſimus Cardinalis Bullionius, Præpoſitus Major, Cuſtos & Canonicus Perilluſtris Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis, poſſit legitimè privari voce activâ in futurâ Electione ſub prætextu certorum Statutorum, quibus intendit Capitulum, demonſtrare Canonicos illos omnes eſſe foraneos, & ſic voce activâ privandos in Electione Epiſcopi, qui non comparuerunt per ſe aut Procuratorem ad id ſpecialiter conſtitutum in Capitulo generali, quod ſingulis annis in feſto ſancti Ægidii, ſcilicet primâ die Septembris, celebratur.

Ut attentè omnia quæ ad Statutorum indagationem neceſſaria ſunt, inquirantur, ſequentia ſigillatim examinanda.

Primò, vis ipſa & authoritas Statutorum.

Secundò, Statuta ipſa expendenda tàm ex ipſiſſimis terminis quàm ex intentione & mente conditorum.

Tertiò, temporum & locorum circumſtantiæ atentè perſpiciendæ.

Quartò, perſonæ qualitas multùm ponderanda.

Hiſce quatuor diſcuſſis, facillimum erit aſtruere Sereniſſimum Principem & Eminentiſſimum Cardinalem nullatenus voce activâ privandum.

Quia in futurâ Electione hæc omnia juridicè debent diſquiri & canonicè, nemini injuriam factam aliqui exiſtiment, ſi aliquid proferatur, quod ipſorum authoritati detrahere videatur, aut eorumdem ſententiæ adverſetur.

Quoad primum, ſcilicet de vi & authoritate Statutorum quæ opponuntur; indubitati juris eſt illa ſola Statuta ligare quæ condita ſunt ab illis qui poteſtatem legiſlativam habent, ut alios ſibi ſubditos poſſint coercere: unde in rebus temporalibus & ſæcularibus leges Imperiales ſtatuunt *ſoli Imperatori conceſſum eſſe & ſolo dignum Imperio eſſe, Leges condere & interpretari.* [a]

[a] L. 12. Cod. de Leg.

Non diffitendum tamen Capitula cæteraque Collegia Eccleſiaſtica legitimè ſtabilita & à Principe approbata, certa Statuta poſſe condere in bonum commune, quæ quidem Statuta potius œconomica quàm legitima appellari convenit.

Poſſunt ſcilicet Capitula ſtatuere circa diſtributiones quotidianas, fructuum perceptiones, reſidentiæ leges, & circa ea omnia quæ in majorem Eccleſiæ utilitatem cedere poſſunt; & ubi hæc Statuta longo uſu firmata ſunt, vim legis inter ipſos poſſunt habere [b]: ſed inquiritur utrùm aliqua Statuta poſſint fieri circa alias res quæ non reſpiciunt fructus temporales Præbendæ, ſine conſenſu Epiſcopi, & authoritate Sedis Apoſtolicæ.

[b] Cap. 6. de Conſt. extrà.

Honorius III. Legum Canonicarum & Eccleſiaſticæ diſciplinæ peritiſſimus, nullas & irritas decernit Conſtitutiones factas à Pariſienſi Capitulo abſque Epiſcopi conſenſu, [c] & reverâ cùm Epiſcopus, etiam in exemptis, ſit Caput Capituli & Paſtor Eccleſiæ, cùm ipſo defuncto viduata dicatur, nihil ipſo inconſulto ſtatuere æquum eſt, circa ac, quæ ad Eccleſiæ ipſius utilitatem ſpectant.

[c] Cap. 9 de Conſuet. extrà.

Inſuper cùm in Eccleſiâ tota poteſtas legiſlativa, cumulativè ſaltem, in ſummo Pontifice reſideat, illa Statuta, ut robur & firmitatem Legis quæ liget, obtineant, Sedis Apoſtolicæ autoritate confirmari debent, unde Innocentius III. illa Statuta ſola valida ſtatuit quæ à Sede Apoſtolicâ corroborata ſunt [d]. Ideoque reprobat Statutum, licèt in bonum Eccleſiæ tenderet, eâ potiſſimum ratione (ſunt ipſius

[d] Cap Cum acceſſiſſent. 8. & C Cùm Eccleſia 10. de Conſt.

met Pontificis verba ¹) quia autoritate Romani Pontificis non fuerat roboratum.

Quod omnibus legibus Imperialibus omnino conſonum videtur, nam cùm de jure communi Univerſitates, Collegia & Communitates ſæculares nulla Statuta valida facere poſſint, niſi ſub beneplacito Imperatoris, cui ſumma poteſtas competit circa res temporales, à fortiori cùm ſumma poteſtas circa ſacra, ſummo Pontifici competat, non dubium eſt quin illa Statuta ab eo debeant approbari.

Quod optimè intellexit Perilluſtre Capitulum Leodienſe, dum Statuta quæ opponuntur, condidit die ſeptimâ Martii in Capitulo Generali celebrato anno 1560. nam illa ſub approbatione Sedis Apoſtolicæ autoritate, inviolabiliter obſervari voluit & mandavit. Quæ quidem clauſulæ, ſemper conditionem Statuto imponit, quæ ex ſui naturâ, ſuſpenſiva videtur, donec ſortita fuerit effectum.

Ex hiſce ſuperiùs deductis cuilibet patet quæ debeat eſſe autoritas Statutorum.

Nunc agitur de privatione vocis activæ, quæ cuilibet Canonico in ſacris Ordinibus conſtituto, tribuitur de jure communi in Electione futuri Epiſcopi. Illud jus Canonicatui cohæret, & ſecundùm Concilii Generalis Decreta [a], & ſecundùm omnes Conſtitutiones Canonicas, omnes & ſinguli Canonici, licèt abſentes, ad Electionem futuri Epiſcopi vocari & admitti debent, ſi præſentes velint ſe ſiſtere Electioni [b]. Palam fit illa Statuta, quibus iidem Canonici voce activâ in Electione Epiſcopi privantur, prorſus repugnare juri communi, ideoque evidenter patet, non potuiſſe pœnam infligere contra juris communis & Conciliorum Generalium diſpoſitiones, niſi à Summo Pontifice, qui ſolus reſtrictionem aliquam contra Eccleſiæ & Conciliorum Generalium Decreta poteſt opponere.

Electiones Canonicæ ſunt juris publici: ritus, forma, & qualitates eorum qui ipſis debent intereſſe, à Conciliis præfiguntur; & quemadmodum Capitula non poſſunt in Electionibus novas formas Electionis adinvenire, ſic ad eos non ſpectat arcere eligentes ab Electione in vim Statuti. Soli ſuſpenſi, irregulares, excommunicati, in ſacris Ordinibus ſaltem

[a] *Cap. Quia propter, de Elect. & Electi Poteſt. extrà.*

[b] *Cap. Quod ſicut, C. Coram. C. Bonæ memoriæ, 2°. C. Scripta eſt, & Quia propter, de Elect. & Electi Poteſt. extrà.*

Digitized by Google

Subdiaconatûs nondum conſtituti, ab Electione arceantur, unde colligere facile eſt alios non poſſe arceri in vim Statuti particularis alicujus Elceeſiæ, niſi illud Statutum ſpecialiter à Summo Pontifice fuerit approbatum, cum derogatione Conciliorum.

Sed Statuta hujuſmodi nunquam à Sede Apoſtolicâ confirmata fuerunt, neque conſenſu Epiſcopi condita qui tunc in vivis agebat, ſcilicet Roberti à Bergis; unde cùm agatur de privatione juris eligendi, illa privatio non poteſt induci per Statuta quæ ad hoc, non poſſunt illam privationem ſtatuere, cùm illa pœna à Canonibus non ſit inflicta, immò ipſis ſit contraria & repugnet juri communi. Nunc ad ſecundum deveniendum in quo agitur de terminis Statutorum & mente conditorum.

Tria præcipuè opponuntur Statuta.

Priora duo reperiuntur ſub Titulo, *de ſecundâ Reſidentiâ.*

Tertium, ſub Titulo *de Capitulis ordinariis & ſpecialibus.* Primo Statuto ordinatur eos, qui factâ primâ Reſidentiâ, ſecundam volunt inchoare, teneri in Feſto beati Ægidii, perſonaliter in Capitulo Generali ſub horam ſummæ Miſſæ ſe exhibere, & ſi fortè anno præcedente non reſederit, ſe expreſſis verbis ad Reſidentiam offerre & præſentare.

Secundo Statuto cavetur expreſsè, ut is qui ſe in Feſto ſancti Ægidii ad ſecundam Reſidentiam exhibuerit aut præſentaverit, reſideat eo anno apud Eccleſiam ſex menſes integros & unum diem continuè vel diſcontinuè, alioquin pro *foraneo* habeatur, nec ullos omninò fructus faciat eo anno, niſi de licentiâ Capituli abeſſe illum contingat, quin etiam receptos fructus reſtituere teneatur, nec abſentia gratioſa illi concedatur, &, ſi eum mori interim contingeret, non habeat annum gratiæ.

Sunt verba ipſiſſima Statutorum, legantur & relegantur attentè, nihil in hiſce Statutis invenitur, quod legem imponat Canonicis qui primam Reſidentiam perfecerint, comparendi per ſe aut procuratorem in Capitulo ſancti Ægidii, immò excluditur præcisè facultas conſtituendi Procuratorem, cùm perſonaliter teneatur ſe exhibere & præſentare ut ad ſecundam reſidentiam admittatur.

Primò

49

Primò Statuto præſcribitur effectus ſecundæ Reſidentiæ, ſcilicet, ut Canonicus fructus accipiat præbendæ. Secundo deinde explicantur leges & conditiones quibus Canonicus eo ipſo anno quo ſecundæ Reſidentiæ ſe in Capitulo ſancti Ægidii ſe obſtrinxit, ſubjicitur. 1°. Debet ſe exhibere ad ſecundam Reſidentiam. 2°. Debet reſidere eo anno apud Eccleſiam ſex menſes integros & unum diem, continuè vel diſcontinuè. 3°. Si hoc non fecerit eo ipſo anno quo ſe ſecundæ Reſidentiæ obtulit, pro *Foraneo* habetur: nullos fructus facit eo anno: fructus jam receptos reſtituere tenetur. 4°. Si hoc non fecerit, anno ſequenti ad Reſidentiam non admittetur: nec gratioſa abſentia ei concedetur, ſi eum interim mori contingat. Hæc eſt analyſis litteralis Statutorum.

Quis nunc non videat illa Statuta non ſpectare ad alios quàm ad eos ipſos, qui ad ſecundam Reſidentiam volunt admitti, & qui ubi ad eam admiſſi fuerunt, non reſident eo ipſo anno per totum illud tempus à Statutis præfixum? Ubi ergo, quæſo, poteſt inveniri in terminis ipſis Statutorum, illum qui non vult ad ſecundam Reſidentiam admitti, haberi pro *Foraneo*, niſi comparuerit in Capitulo ſancti Ægidii per ſe aut Procuratorem?

Qui ſic pœnas comminiſcuntur, attentè priùs legant Leges & Statuta. Non pigebit iterum verba Statutorum revolvere, nam ſi ſeriò attendantur, in hiſce verbis totus cardo difficultatis vertitur.

Verba illa, *pro foraneo habentur*, cui debent applicari? illi ſoli qui ſe ad ſecundam Reſidentiam exhibuit in Feſto ſancti Ægidii, & poſtea non explet tempus ſuæ Reſidentiæ.

Quomodo poſſunt verba Statuti in alienum prorſus ſenſum trahi, ita ut applicentur Canonico qui ſecundæ Reſidentiæ ſe ſubjicere noluit. Illud profectò, pace dictum ſit, prorſus abſurdum eſt.

Ut melius nunc mens Statuti & Capituli ipſius quod illud condidit, intelligatur, ne longiùs excurratur, abſtinendum eſt ab omni diſquiſitione hiſtorica: illud tamen obiter obſervabitur tunc temporis, ut teſtatur Eccleſiæ Leodienſis Hiſtoria, Capitulum Leodienſe ferè Canonicis Brabantis &

* Chapeauvillæus, Cap 5°. ad Robertum à Bergis.

Extraneis conſtitiſſe, * & quia Extranei facilè à Reſidentiâ abſtinent, ut diſpendio Eccleſiæ aliquod remedium exhiberet Capitulum, ſtatuit certas Leges Reſidentiæ præſcribere.

Tit. de primâ Reſidentiâ.

Statim atque aliquis in Canonicum & Fratrem in Eccleſiâ Leodienſi admiſſus fuit, non poteſt ſe præſentare ad primam Reſidentiam, niſi lapſo biennio, à die mortis illius Prædeceſſoris computando, quia primus annus cedit defuncto, alter verò membro mobili, partimque membro Fabricæ, pro oneribus Eccleſiæ.

Prima Reſidentia ſuas habet leges prorſus diſtinctas à ſecundâ, ſed illæ differentiæ ad præſens inſtitutum, quod *foraneitatem* ſolummodo reſpicit, non pertinent. Sufficiet advertere, eum qui annum primæ Reſidentiæ non explet, ſecundum omnes conditiones à Statuto impoſitas, non haberi pro *foraneo*, ut propoſitum eſt in caſu ſecundæ Reſidentiæ, ſed tantum tenetur de novo reſidere quaſi non omnino reſediſſet, nec tamen diſtributiones perceptas reſtituere, tenetur.

Art. 1°. Tit. de primâ Reſidentiâ.

Advertendum inſuper Canonicum poſſe quandocumque volet, ad primam Reſidentiam ſe præſentare, ſcilicet biennio expleto.

Art. Item abſolutus. Tit. de primâ Reſidentiâ.

Poſt expletam primam Reſidentiam nemo poteſt ad ſecundam Reſidentiam admitti, niſi ſit major 25. annis.

Effectus ſecundæ Reſidentiæ & leges ſuperiùs explicatæ ſunt.

Annus gratiæ eſt annus poſt mortem Canonici, cujus fructus cedunt heredibus defuncti.

His ita ex ipſis Satutis extractis dilucidatis, facilè eſt demonſtrare numquam illo duo Capitula extendi poſſe in Eminentiſſimum Cardinalem Bullionium.

Jam ſatis ſuperque demonſtratum fuit illa duo Statuta ſolummodo ex ipſiſmet terminis ſpectare ad eos qui ad ſecundam Reſidentiam ſe exhibuerint & ad tempus & conditiones ſecundæ Reſidentiæ.

Quouſque Canonicus ad ſecundam Reſidentiam ſe præſentaverit, non facit fructus Præbendæ, nec poteſt habere annum gratiæ poſt mortem, ſed non idcirco *foraneus* habetur, ſi ſe poſt primam Reſidentiam non repræſentaverit per

ſe vel Procuratorem : nullibi invenietur in Statutis eum pro *foraneo* habendum.

Titulus eſt ſpecialis & particularis de *foraneis*, qui eſt in ordine Statutorum quintus. Sic effatur : Canonicus donec primam Reſidentiam fecerit, nullos fructus lucretur in Eccleſiâ, nec quidquam ei concedatur gratioſæ abſentiæ. Legantur & perlegantur Statuta , hiſce duobus locis de *foraneis* ſtatuitur. *Tit de foraneis.*

Foranei ſunt propriè ſecundùm mentem Statutorum, Canonici qui primam Reſidentiam non fecerunt. Impropriè & interpretativè illi ſunt *foranei*, qui poſtquam ad ſecundam Reſidentiam admiſſi fuerint, eo ipſo anno quo ſunt in Reſidentiâ, tempus non explent ſecundùm conditiones Statuti. En ſunt *foranei* aut propriè aut interpretativè. Quoad alios caſus nullus alius *foraneus* habendus.

Ulteriùs urgendum eſt ex ipſiſmet Statutis. In alio Titulo ſtatuitur de illis qui in Capitulo ſancti Ægidii comparere poſſunt. Sic pronunciatum eſt à Statuto :

Qui primam Reſidentiam perfecerit, ſi quidem viginti quatuor ætatis annos compleverit, & in feſto Beati Ægidii per ſe aut Procuratorem ſuum ad hoc ſpecialiter pro illo anno mandatum habentem, gratioſam abſentiam ſibi dari petierit, arbitrio Capituli concedetur. Patet ergo defectum comparentiæ in Capitulo ſancti Ægidii nullam aliam pænam infligere, niſi ut gratioſâ abſentiâ privetur Canonicus ; quæ privatio non inducit *foraneitatem*, cùm *foraneitas* inducatur ſolummodo, ſicut oſtenſum eſt ſuperiùs tam ex verbis quàm ex mente Statutorum, aut in caſu primæ Reſidentiæ nondum inchoatæ, aut interpretativè in caſu ſecundæ Reſidentiæ derelictæ & oblatæ priùs in Capitulo. Sed palam eſt privationem gratioſæ abſentiæ non operari ulteriùs quàm privationem fructuum temporalium Præbendæ. Inſuper illud Statutum nullatenus reſpicit ſecundam Reſidentiam, nam è contrà de iis ſolis diſponit qui primam Reſidentiam fecerunt. Sereniſſimus Princeps & Eminentiſſimus Cardinalis Bullionus primæ Reſidentiæ ſatisfecit, & ut utar verbis Statutorum, à Perilluſtri Capitulo Leodienſi abſolutus eſt à primâ Reſidentiâ : unde ſi attendatur ad Titulum de *foraneis*, *foraneus* nullatenus habendus. *Tit. de primâ Reſidentiâ.*

Quoad ſecundum caſum qui *foraneitatem* interpretativè poteſt inducere, nullatenus invenietur ſe ad ſecundam Reſidentiam faciendam in Capitulo ſancti Ægidii exhibuiſſe, & poſtea ipſam non perfeciſſe, immo deſeruiſſe; & cùm *foraneitas* illa interpretativa à Satutis ſolummodo pronuntietur in caſum oblatæ in Capitulo & poſtea deſertæ ſecundæ Reſidentiæ eo ipſo anno quo perfici debet, evidenter patet nunquam ad alium caſum à Satutis omiſſum extendendum, cùm caſus in Lege omiſſus pro expreſſo nunquam haberi poſſit, & cùm ſit lex pænalis, reſtringenda hæc pœna potiùs quàm amplianda, cùm odiâ reſtringi, favores ampliari, juri conveniat.

Quorſum, inquient forſan aliqui, illa diſtinctio *foraneitatis* propriè dictæ & interpretativæ ? Licèt ſufficere videatur pro Eminentiſſimo Cardinale oſtendere, ipſum non poſſe neque propriè neque impropriè *foraneum* haberi à Capitulo, tamen ad dilucidiùs oſtendendum quantum aberraverint à verbis & à mente Statutorum, illi qui ſub prætextu illorum Statutorum, Eminentiſſimum Cardinalem *foraneum* prætendunt, evincendum eſt ad juris exuberantiam, eum non futurum *foraneum*, licèt fieret in caſu ſecundæ Reſidentiæ oblatæ & poſtea neglectæ.

Juriſconſulti & Canoniſtæ in hoc omnes unanimiter conveniunt, Leges, Canones & Statuta interpretationem benignam recipere ex ſubjectâ materiâ; unde Titulus Legis, Canonis & Statuti imprimis perſpicendus. Illa duo Statuta quæ adducuntur, comprehenduntur, ſicut ſuperiùs notatur, ſub *Titulo ſecundæ Reſidentiæ*, ergo non debent extra caſus ſecundæ Reſidentiæ extendi. Illud ſatis demonſtratum fuit, ſed addendum ſecundam Reſidentiam non requiri ad excludendam *foraneitatem*, cùm ſoli illi *foranei* ex Statuto cenſeantur, qui primam Reſidentiam non fecerunt, ſed ſecunda Reſidentia introducta fuit ad lucrandos fructus præbendæ : pœna ergo neglectæ aut comtemptæ ſecundæ Reſidentiæ à Statuto inflicta, non debet excedere privationem fructuum Præbendæ, & illa verba *pro foraneo habetur*, adjuncta ſunt à Capitulo ad puniendum contemptum factum Capitulo, quia qui ſe obtulit ſecundæ Reſidentiæ, & ad eam

perficiendam eo ipſo anno ſe publicè devovit in Capitulo, ipſam nihilominùs deſerere auſus eſt. Sed non debent ſtrictè & propriè accipi, nam particula *pro*, aliquam ſimilitudinem cum alia & conformitatem ex ſe denotat: ut in jure habetur, *res judicata pro veritate habetur*, denotant præſumptionem, ſed non ſtabiliunt ſemper rem judicatam eſſe veritatem; nam quis neſciat res judicatas ſæpe in melius reformandas?

Patet itaque, quando in Statutis adhibetur illud verbum, *pro foraneo habetur*, non intelligendum eſſe illum fieri *foraneum*, ſed ex defectu Reſidentiæ ſecundæ oblatæ & neglectæ, ipſummet quoad effectus illius ſecundæ Reſidentiæ, qui præcipuè conſiſtit in perceptione fructuum Præbendæ, eodem modo conſiderandum à Capitulo, ac ſi *foraneus* eſſet, ſed intellige quoad hoc hunc caſum comprehenſum in Statuto: & illa *foraneitas* interpretativâ, & non poſitiva & formalis, eſt appellanda, quia nullum ſimile eſt idem; & fictio licèt aliquando in caſu ficto tantum operetur quantum veritas in caſu vero, tamen nunquam excedit caſum pro qua ſpecialiter introducta eſt, quia nunquam admittitur ullus fictionis progreſſus. Addendum inſuper, Effatum eſſe commune Juriſconſultorum & Canoniſtarum, pœnam verbis expreſſis & non obliquis aut interpretativis infligendam. Verbi gratiâ, ſi in eum ipſum caſum derelictæ ſecundæ Reſidentiæ, verba Statuti concepta eſſent imperativè, directè & abſolutè, *ſit ille foraneus*, non dubiùm ſupereſſet: ſed aliter conditores Statutorum effati ſunt, pro *foraneo habetur.* Hæc verba *pro* denotant aliquam *foraneitatem*, quæ interpretanda eſt ex verbis ipſis & mente Statutorum, ſcilicet ad privationem fructuum Præbendæ, ſed nunquam ex hiſce verbis, *foraneus* propriè & verè ille habendus, præcipuè cùm Statuta ipſa Titulum habeant peculiarem & diſtinctum de *foraneis*, ſub quo Titulo non comprehenduntur ullatenùs illi qui Reſidentiam ſecundam oblatam in Capitulo ſancti Ægidii deſeruerunt, licèt illud Capitulum ſubſequatur præcedentia quæ Reſidentiam concernunt, quod valdè notandum eſt.

In illo Titulo, *foranei* declarantur illi ſoli qui primam Reſidentiam nullatenus fecerunt. Sed eſto ſit ille *foraneus*; redu-

cendus eſt ergo in eummet ſtatum in quo reperiuntur Canonici verè & ex Statutis *foranei*, id eſt ac ſi nullam Reſidentiam feciſſet: at ex ipſis Statutis, Canonicus, quocumque tempore volet, poteſt ad primam Reſidentiam admitti, & eo ipſo quo illam Reſidentiam inchoavit, fatetur Perilluſtre Capitulum Leodienſe, non amplius eſſe *foraneum*, & poſſe habere vocem activam in Electione Epiſcopi. Sed eamdem facultatem denegandum prætendit Canonico antiquo, quia illa eſſet facilis methodus eluſionis Statutorum, quæ non poteſt probari.

Inſuper idem Perilluſtre Capitulum contendit differentiam eſſe inter antiquum Canonicum, qui pro *foraneo* habetur, ob neglectam ſecundam Reſidentiam, & illum qui nondum reſedit; quia antiquus Canonicus non poteſt ſupplicare pro Reſidentiâ, niſi in Capitulo ſancti Ægidii, cùm è contrà Canonicus qui nondum reſedit, ad eam admitti poſſit quocumque tempore ſupplicare pro ipsâ voluerit.

Certè (illud dictum ſit illæsâ ſemper remanente reverentiá & omni obſequio debito Perilluſtri Capitulo Leodienſi) illud argumentum eſt cavillatio; nam gradatim ratiocinandum eſt. Statuta pro *foraneo*, habent antiquum Canonicum qui ſecundam Reſidentiam oblatam dereliquit; nam hæc duo ſemper conjungenda ſunt: videndum eſt ergo quænam ſit qualitas *foranei* ſecundùm ipſa Statuta. Ipſius *foranei* definitio determinata eſt & ſtabilita à Statutis. *Foraneus* is eſt qui nondum reſedit. Reducitur ergo antiquus Canonicus in vim Statuti, in eundem ſtatum in quo reperitur Canonicus qui nunquam reſedit, & quemadmodum in jure deſertores militiæ & Emanſores aliquando cingulo honoris & militiæ privabantur, aliquando ad infimum ſtatum militiæ reducebantur; ſed pænæ cùm non ſint exaſperandæ, *foraneus* ergo fit antiquus Canonicus. Eſto, at *foraneus* Canonicus ut innuit Capitulum, poteſt quocumque tempore ad novam Reſidentiam admitti; conſequenter ille antiquus Canonicus *foraneus* factus, non poteſt fieri deterioris conditionis Canonico verè & propriè *foraneo* renunciato à Statutis.

Quoad differentias propoſitas, confunditur norma Statutorum, nam cùm Statuta remittunt Canonicum ſe offeren-

tem pro Reſidentiâ ad Capitulum ſancti Ægidii, illud pronunciant in caſum ſecundæ Reſidentiæ, ſed Canonicus antiquus effectus *foraneus*, non poteſt amplius ad ſecundam Reſidentiam, ſi incidat in pænam Statuti, admitti. Sunt ipſa verba Statuti, *anno ſequenti ad Reſidentiam non admittatur*, ſcilicet Reſidentiam fructuoſam quæ facit fructus.

Sententia Statuti alioquin contradictorium aliquid in ſe contineret, quod à Statutis alienum eſt, ut ipſummet Perilluſtre Capitulum Leodienſe innuere videtur in ſuis Litteris, à Statutis præcisè cavetur nullum ad ſecundam Reſidentiam poſſe admitti, niſi expletâ primâ & illâ expletâ abſolutus ſit decreto Capituli à ſuâ primâ Reſidentiâ.

Sed Canonicus antiquus effectus *foraneus* eſt in eodem ſtatu in quo eſt Canonicus qui nunquam reſedit, quia defectus ille primæ Reſidentiæ eſt quodammodo cauſa efficiens *foraneitatis*; nam in hoc ſolùm effectu conſiſtit ipſa *foraneitas*. Nam *foraneus* & Canonicus qui nunquam reſedit, identificantur in Statutis, & alius non eſt *foraneus* quàm qui numquam reſedit.

Non tenetur itaque ille antiquus Canonicus deinceps ſupplicare in Capitulo ſancti Ægidii ut ad Reſidentiam admittatur, nam illa ſupplicatio in feſto ſancti Ægidii nec poteſt nec debet fieri niſi pro ſecundâ Reſidentiâ à quâ arcetur ille qui primam non fecit. Debet conſequenter admitti quandocumque voluerit, ad primam Reſidentiam, ad quam ſolùm poteſt admitti ſi ſit factus *foraneus*.

Sed, inquiunt, illa facilior eſt methodus eludendi Statuta. E contrà, ſi verbis & menti Statutorum ſtetur, major & periculoſior eſt eluſio Statutorum in admittendo Canonico qui nunquam Reſidentiam inchoavit, quàm ille qui primâ expletâ, illius utilitatem amiſit, ob derelictam ſecundam Reſidentiam.

De jure communi omnes Canonici, niſi ſint privilegiati, Reſidentiæ obligantur in Eccleſiis quibus ex titulo Canonicatûs aſtringuntur; & ſi non reſederint, commoniti ter à Capitulo, non ſolùm fructibus Præbendæ, ſed etiam titulo Canonicatûs poſſunt privari. *Toto Tit. de Clericis non Reſidentibus.*

Unde procul dubio patet illum Canonicum, qui ex quo

admiſſus eſt à Capitulo in fratrem & Canonicum, Eccleſiam, ſi ita dicere fas eſt, aliquomodò non agnovit, nec ſe legibus Reſidentiæ obligavit, duriùs & graviùs à Capitulo & ab omnibus excipiendum eſſe, illo Canonico, qui matrem ſuam agnovit, qui per annum integrùm auſteriori Reſidentiæ, in clauſtro ſemper pernoctans, ſe ſubjecit, & ulterius ſe ſecundæ Reſidentiæ reverâ ſe offerre voluerit, & ad illam, ſed inconſultò, obligaverit, cùm ipſam ſecundùm conditiones ipſi impoſitas non compleverit, & ob illam negligentiam reductus eſt ad conditionem illius, qui non reſedit. Certè quis non ſuccurrat & compatiatur Canonico, qui omne commodum priſtinæ Reſidentiæ amiſit, cùm è contra inſurgant omnes Canones adversùs illum, qui Reſidentiam penitus contempſit, & qui quodammodo venit, ut inquiunt aliqui, ad paratas epulas, ut habeat vocem activam in Electione. Patet ergo ſi differentiæ & qualitates perſonarum tantillùm præponderentur, multò benigniùs & favorabiliùs excipiendum & audiendum antiquum Canonicum, qui culpæ à Statuto particulari inflictæ vult pænitere, quàm illum qui Canones ipſos & Conſtitutiones Eccleſiaſticas comtempſit; quamdiu nullæ Reſidentiæ ſe ſubjicere voluit.

Nunc de tertio Statuto quod adducitur, pauca dicenda, nam in duobus primis Statutis tota difficultas expuncta eſt. Illud Statutum his verbis conſtruitur: *Item Canonicus, item qui impetratâ gratioſâ abſentiâ ab Eccleſiâ abeſt, niſi primam & annualem Reſidentiam abſolverit; item qui in ſacro Subdiaconatus Ordine non eſt conſtitutus, nullomodo, etiamſi de Electiône Epiſcopi, Præpoſiti, Decani aut quacunque, & quantumvis arduâ retractetur, negotiis Capitularibus intereſſe aut ſuffragium dicere non poterit, ſic tamen quod vacante Epiſcopatu, Præpoſiturâ aut Decanatu, impensâ Eligendi, abſentes Confratres ſunt vocandi.*

Hocce Statutum proculdubio eſſet ſupervacuum examinare; nam ſupponatur *foraneos* non poſſe habere vocem in Electione Epiſcopi, priùs ſtabiliendum quis ſit *foraneus*: illud ſuperiùs demonſtratum fuit, poſſet itaque tritum illud opponi, illud ſupponi quod eſt in quæſtione. *Foraneos* vult arcere Capitulum ab Electione, ſed oſtenſum eſt Eminentiſſimum Cardinalem

Cardinalem nullatenùs à Statutis *foraneum* declarari. Quid ergo neceſſe foret illud Statutum ulteriùs diſcutere ? Sed ut nihil prætermittatur quod dubium aliquod poſſit relinquere, ipſa verba Statuti & mentem excutere libet.

Exhocce Statuto, quidquid in contrarium opponatur, luce meridianâ clarius patet, vacante Epiſcopatu, Præpoſiturâ aut Decanatu, impensâ eligendi, abſentes Confratres vocandos. Advertat diligenter Capitulum ad illam Legem quam ſibi ipſi impoſuit, & quam impunè violare non poteſt, præcipuè cùm idem præcipiatur à Canonibus Eccleſiæ.

Perilluſtre Capitulum Leodienſe attendat in primo Extractu Statutorum, quem ad Sereniſſimum Principem & Eminentiſſimum Cardinalem miſerat, illam ultimam clauſulam, *Sic tamen quod vacante Epiſcopatu, Præpoſiturâ aut Decanatu, impensâ eligendi, abſentes Confratres ſunt vocandi.* Sed objicitur illam clauſulam tanquam alienam meritò ſeparandam ab articulo Statuti. Si grammaticaliter verba Statuti ponderentur & expendantur, nemo poteſt in dubium revocare, quin hæ duæ particulæ, *ſic tamen*, non referantur ad præcedentia, quia ex ſui naturâ ſunt conjunctivæ. Sed objicitur haſce particulas, *ſic tamen*, non poſſe intelligi niſi de abſentibus jus ſuffragii habentibus, alioquin adverſarentur iis quæ in priori parte ſunt expreſſa, & ſequeretur abſurdum, ſcilicet Canonicum abſentem in ſacris Ordinibus nondum conſtitutum, convocari, quod à mente Statutorum alienum eſt omnino.

Illa momenta ſunt concilianda, & demonſtrandum incumbit verba ipſa Statuti poſſe conjungi, & ſecundùm juris communis diſpoſitionem omnes abſentes Canonicos, vacante Epiſcopatu, Præpoſiturâ aut Decanatu, eſſe vocandos, licèt poſtea Capitulum illos arcere poſſit in vim juris communis aut Statutorum, ſi ita liceat, ab Electione Epiſcopi, Præpoſiti & Decani. Debent vocari omnes vacante Epiſcopatu, Præpoſiturâ aut Decanatu, quia ipſorum intereſt, cùm ſint de gremio & corpore Capituli, quamdiu ſunt vocandi. Vocari debent licèt *foranei*, aut incapaces quia non ſunt in ſacris Ordinibus conſtituti; quia in hiſce caſibus poſſunt ſe legitimis excuſationibus, à *foraneitate* excuſare, & illi qui priùs dum è Civitate Leodienſi exiverunt, non erant in ſa-

cris Ordinibus conſtituti, potuerunt promoveri ad Subdiaconatum ab alieno Epiſcopo, ſine ullis Litteris *Dimiſſoriis*, vel ſub Titulo Beneficii ſecundùm juris communis diſpoſitionem, vel ratione domicilii aut commenſalitatis; & ſic ipſis injuria fieret ſi non vocarentur, & poſſent agere de contemptu, & Electionem tanquam nullam & irritam revocare. Unde ſapienter & prudenter ſtatutum eſt à Perilluſtri Capitulo Leodienſi, quod juri communi omnino conſonum videtur, quod vacante Epiſcopatu, omnes Canonici abſentes debeant vocari, licèt poſtea à voce activâ arceri debeant, ut nemini fiat injuria, & negotium Electionis corruat, ſi poſtea de contemptu poſſent conqueri. Exempli gratiâ, ſuſpenſi, irregulares & excommunicati de Jure Communi, & non in vim Statutorum, debent arceri ab Electione Epiſcopi. Sint itaque Canonici abſentes ſuſpenſi, irregulares, & etiam notoriè excommunicati; numquid vocari non debent? nemo diffitebitur illos eſſe vocandos in Electione, quia poſſunt aut beneficio abſolutionis ad cautelam aut aliis modis à prætensâ ſuſpenſione, irregularitate aut excommunicatione vindicare, aut etiam abſolutionem à ſummo Pontifice impetratam allegare.

C. Cùm nullus, de Temp. ordinat in 6°.

Abſentes ergo in omnem eventum debent ſemper vocari in Electione Epiſcopi, ſine præjudicio tamen exceptionum quæ contra ipſos poſſunt allegari, quæ ipſis præſentibus debent dijudicari à Capitulo.

Tantum ergo abeſt, ut aliqua contrarietas poſſit reperiri in articulo Statuti, ſi illa clauſula, *ſic tamen*, conjungatur, prout conjungi procul dubio debet, quin è contra patet id providè additum eſſe in calce articuli Statuti, ut jus omnium, vacante Epiſcopatu, Præpoſiturâ, aut Decanatu, remaneat.

Quin etiam licèt aliqui non debeant habere vocem activam in Electione, tamen cùm aſſenſum ſemper debeant præbere Electioni factæ, & cuilibet competat proponere contra Electum, antequam confirmetur, exceptiones legitimas, quæ Electi confirmationem poſſent impedire, non debet Canonicus qui ſemper invigilare tenetur commodis Eccleſiæ, de cujus gremio exiſtit, omninò contemni.

54

Nemini ergo ampliùs aliqua contrarietas appareat in Statutis Perilluſtris Capituli Leodienſis, & ejus ſummam providentiam in hiſce Statutis condendis miretur, dum eo ipſo tempore, quo *foraneos*, & alios ab Electione Epiſcopi, Præpoſiti & Decani videtur arcere, ſubjungit ſtatim, illud tamen ſic fieri debere, ut ſemper vacante Epiſcopatu, omnes Canonici abſentes debeant vocari, impensâ eligendi, cùm per hanc convocationem nullum præjudicium fiat exceptionibus quas poſſunt adversùs vocatos proponere.

Vocentur ergo omnes Canonici abſentes, vacante Epiſcopatu, priuſquam arceantur ab Electione Epiſcopi; hoc omnibus Legibus, civilibus & canonicis conſonum videtur. Hæc ſunt verba Statuti, à quibus diſcedere non licet; & ſi aliqua obſcuritas adhuc poſſet ſuboriri, illa potius benignè interpretanda eſſet in favorem Canonicorum abſentium, cùm in obſcuris, quod favorabilius videtur, inſequendum ſit, ubi præcipuè de damno alicui inferendo agitur.

Abſens nemo judicetur, nam hoc & divinæ & humanæ Leges prohibent. Sed fruſtra, inquient aliqui, vocabitur qui poſtea voce activâ in Electione privabitur: eſto privetur, ſed priùs audiatur, quàm damnetur.

Poſſent ad id quod per ſe patet, aſtruendum, plures Doctorum ſententiæ afferri, ſed ſufficiat nunc Gloſſatoris Pragmaticæ Sanctionis authoritatem adducere. Vir ille erat omni exceptione major. Ipſiſſima ejus verba proferantur, ut veritas magis illuceſcat. *Videtur ſentire Textus, quod eò ipſo quod Theologus deſerit Reſidentiam ſine monitione, ſit ipſo facto privatus Præbendâ Theologali.* Dic meliùs, quod Proviſionem debeat præcedere monitio, quia pœna inponitur ex facto negativo, quòd non reſidet. Et ubi pœna imponitur ex facto negativo, ſemper requiritur monitio, quia facta affirmativa per ſe patent judici, non autem negativa; & ideò ut judici tanquam judici conſtare poſſit de facto negativo, requiritur monitio, quia pœna appoſita negativè, id eſt, ſi non fecerit quod debet facere, intelligitur appoſita, eò ipſo quod quis habuit facultatem faciendi & non fecit; ſed quia homo poteſt dubitare, utrùm ex cauſâ non fecit Reſidentiam, ideo præmittenda eſt mo-

In Verbo, Reſidentiam deſeruerit. Tit. de Collat.

Digitized by Google

nitio quoad certificationem Eccleſiæ militantis.

Multa poſſent adjungi ad majorem intelligentiam Statutorum, ſed hæc ſufficere viſa ſunt.

Nunc de circunſtantiis temporum & locorum paucis diſſerendum eſt.

Statuta Titulum habent ſpecialem *de Capitulis Generalibus.* Sex indicantur ſingulis annis. Nullibi indicitur pœna illis qui ipſis non interſunt. Inſuper obſervatum fuit comparutionem quæ poteſt fieri in Capitulo ſancti Ægidii per ſe aut Procuratorem, eſſe indulgentiam ſpecialem, conceſſam à Capitulo abſentibus qui volunt gratioſam abſentiam à Capitulo impetrare, & ulteriùs pœnam Statuti non progredi. Sed in ipſiſmet Statutis, ubi neceſſitas Reſidentiæ aut comparutionis in Capitulo, caſus aliqui excipiuntur, qui poſſunt aliquod impedimentum afferre.

Articulo 1. Tit. de 2. Reſid.

In ipſo Titulo *de ſecundâ Reſidentiâ*, quæ eſt de rigore, licèt Capitulum indicet nullam exceptionem, allegationem aut prætextum ſuffragari debere, tamen ſubjicit demonſtrativè tantum & non limitativè, ſicut inferiùs ſtabilietur, aliquos caſus; ſcilicet ſi quis graviſſimè ægrotet, & hoc coram Capitulo ibidem verificet jurejurando, ac per litteras Medici aut Capituli, ſi in loco ægritudinis erit Capitulum, aut juſtitiæ loci, de his in Capitulo edoceat, aut ſi quem in negotiis Eccleſiæ de ſpeciali Capituli mandato, aut eum expreſſâ etiam gratiâ & licentiâ ſe ſe abſentandi in antedicto die beati Ægidii abeſſe conſtet.

Advertendum eſt illud Statutum ſolùm reſpicere ſecundam Reſidentiam, pro qua ſupplicare non licet niſi in Capitulo ſancti Ægidii.

In eodem Titulo computatores majores, dum in rebus Eccleſiæ occupantur, pro præſentibus habentur. Item ſi contingat aliquem ad Baptiſmum, Nuptias, Miſſam primam, pacis conciliationem, aut funus ſeu exequias, aut alicujus Eccleſiæ vel Eccleſiarum benedictionem & conſecrationem (*qui caſus Privilegiati vocantur*) vocari, (hæc verba Statuti, *qui caſus Privilegiati vocantur* multum ponderanda), dummodo talis, illius rei ſine dolo fidem faciat in Capitulo ante ipſius abitum, ſi præſens ſit, alioquin abſens ſcribat

& Capitulo indicet, ac rediens ſub fidem boni viri hoc affirmet: poterit Capitulum ei aliquot dies de ultimo bimeſtri concedere.

Item Archidiaconi dum Eccleſias viſitant, à Reſidentiâ diſpenſantur, etiam rigoroſâ.

Quoad diſtributiones lucrandas nulla diſpenſatio adhibetur niſi ſervitio Eccleſiæ, aut in caſum adverſæ valetudinis.

Hiſce ita ex Statutis ipſis litteraliter extractis, demonſtrandum incumbit ſemper in omnibus Legibus, Canonibus & Statutis, quæ aliquid faciendum præſcribunt, caſus aliquos privilegiatos admitti, & illos à Lege ſemper excipi, ita ut illi committere non videantur contra Legem, ſi in uno ex hiſce caſibus Privilegiatis reperiantur.

Diſquirendum itaque ſupereſt utrùm caſus privilegiati, qui à Capitulo in Statutis deſignantur, videri debeant taxativè & limitativè, non verò demonſtrativè tantùm, tanquam frequentiores appoſiti.

Indubitatum eſt illos caſus privilegiatos in Statutis deſcriptos, numquam limitativè apponi, nam ſicut Conſtitutiones Imperiales cautè edixerunt, neque Leges neque Senatusconſulta ita ſcribi poſſunt, ut omnes caſus qui quandoque inciderint, comprehendantur, ſed ſufficit & ea, quæ plerumque accidunt, contineri. Patet itaque caſus illos privilegiatos taxativè à Capitulo non fuiſſe comprehenſos, exempli gratiâ, caſus violentæ incarcerationis non comprehenditur. Sed ſufficit Statuta Capituli caſus privilegiatos admiſiſſe, & aliquos qui plerumque accidere poſſunt, demonſtraviſſe, ut alii etiam admittantur. Sed caſus privilegiatus in Jure Civili & Canonico eſt tempus neceſſitatis & belli, quo non licet tutò in aliquem locum accedere. Excuſatur aliquis quoties non comparet coram ipſis judicibus delegatis Papæ, quoties periculoſum eſſet ire in eum locum, niſi judices aſſignent locum idoneum & ſecurum. Innocentius III. ita ſtatuit. Tempore belli aut hoſtilitatis præſcriptio non currit, licèt præcipuè Jure Civili & Canonico introducta fuerit, ad puniendum eos qui jura ſua non tuentur; & idcirco in omnibus Tractatibus pacis & concordiæ, ſemper belli tempus à præſcriptione ſubducitur, & judicia etiam lata aut pœnæ

L. 10. ff. de Legibus.

C. Ex parte tuâ 47°. de Appellation.

inflictæ abſentibus nullæ & invalidæ revocantur.

Sed objicietur tempus belli non debere officere, cùm per Statuta Capituli liceat ſe repræſentare ſingulis annis in feſto ſancti Ægidii per ſe aut Procuratorem; ſed ubi quis facto alieno & non ſuo impeditur ad aliquid agendum, nec tenetur illud ſupplere per Procuratorem: quia potentia agendi debet priùs conſtitui in perſonâ mandantis quàm in perſonâ mandatarii: itaque ubi perſona ipſa mandantis diſpenſatur, propter impedimentum facti quod non ipſum reſpicit, ſed ex vi majore cui reſiſti non poteſt, indubitatum eſt neque teneri ad ſe repræſentandum per Procuratorem, cùm Procurator debeat ſolum ſupplere defectum perſonæ.

Deinde cùm tempore belli omne commercium interdictum ſit inter perſonas ipſas quæ in ditionibus inimicis degunt, forſan periculum ſubeſſet aliquod ſi aliquis ſe Procuratorem abſentis declararet, quia poſſet ſuboriri aliqua ſuſpicio conjunctionis aut familiaritis cum ipſo conſtituente.

Denique ex communi Doctorum & Canoniſtarum ſententia, tempus belli inducit proteſtationem publicam contra omnes defectus abſentiæ & comparutionis in loco, ubi tutus & ſecurus acceſſus non patet, cùm hoc ſit de jure naturali; quò fit ut belli tempore, induciæ aliquomodo legales indicantur adverſus pœnas ſtatutarias, quibus aliqui ad comparendum in aliquo tenentur.

Inſuper multas alias excuſationes Eminentiſſimus Cardinalis proculdubio allegaret coram Capitulo Leodienſi, quæ tanti ſunt momenti & ponderis, & quas non ſolum verbis ſed etiam jurejurando firmaret, ut nemini dubium foret, ipſum pluſquam legitimas rationes habuiſſe non comparendi Capitulo ſancti Ægidii anni 1689. per ſe aut Procuratorem ſuum, & abſtinere etiam à ſequentibus: Et proculdubiò illi caſus inter privilegiatos à Perilluſtri Capitulo Leodienſi annumerarentur, ſi exponerentur, quæ allegationes nec poſſunt nec debent ei præripi. Nunc ad quartum deveniendum eſt, quod reſpicit qualitatem perſonæ.

Eminentiſſimus Cardinalis Bullionius, non tenetur ad Reſidentiam in Beneficiis quæ obtinet, quia illud eſt Privilegium

Cardinalitiæ Dignitatis quâ inſignitus eſt.

Non eſt præſentis inſtituti congerere in unum omnes Conſtitutiones Eccleſiaſticas, quæ illud Privilegium S. R. E. Cardinalibus indulſerunt.

Sed certum & indubitatum eſt omnes Conſtitutiones generales, etiam Pontificias, & à fortiori Statuta particularia Capitulorum Eccleſiarum Cathedralium, non obligare Cardinales, niſi in illis ſpecialiter & expreſſè comprehendantur, unde ſummi Pontifices illam clauſulam ſolent adjicere, *quicunque, etiam Cardinalatûs Dignitate præfulgeat*, ſi volent, Cardinales S. R. E. comprehendere.

Nulla prorſus fit mentio in Statutis Capituli Leodienſis de illis qui Cardinalatûs Dignitate præfulgent.

Illos itaque non ſubjici pœnis, ſi quæ eſſent latæ contra Canonicos qui ſingulis annis non comparent in Capitulo ſancti Ægidii, indubitatum eſt, cùm plus certè Statuta particularia Capituli non poſſint obligare quàm Decreta ſummi Pontificis.

Sed paucis Privilegia & Indulta Cardinalibus conceſſa, quæ in corpore juris reperiuntur, exponenda.

Omnibus ſatis innoteſcit Eminentia Dignitatis & Prærogativa. Ipſos ſummus Pontifex Fratres appellat. Concilium Baſileenſe ipſos in Chriſtianâ Republicâ dirigendâ collaterales ſummi Pontificis affirmat; & ſummi Pontifices Decreta ſua faciunt ex Fratrum ſuorum ſcilicet S. R. E. Cardinalium conſilio, unde cùm ſint collaterales Papæ, eximuntur ab omni Reſidentiâ in Beneficiis particularibus quæ obtinent. Illud jus non eſt noviter adinventum, nam Honorius III. cujus Conſtitutio refertur in Corpore-juris, ipſos familiares Papæ à Reſidentiâ eximit, nonobſtante Statuto Capituli in contrarium. *Mandamus* (ſunt verba Conſtitutionis) *quatenùs nonobſtante Conſtitutione quæ inter vos contra abſentes Canonicos dicitur manaſſe, fructus Præbendæ ſuæ aſſignetis in noſtro ſervitio commoranti, cùm familiares noſtri, qui circa nós ſe obſequiales exhibent univerſis, minori non debeant prærogativâ gaudere, quàm veſtrûm ſinguli, quorum negotia per ſe ipſos ſæpiùs promòventur.*

C. Dilectus, de Clericis non reſidentibus.

Eò loci ſummus Pontifex declarat familiares ſuos æquè

privilegiatos ac illos qui ob negotia Capituli abſunt; at inter caſus privilegiatos ille recenſetur, ſi quis ob negotia Capituli abſit; & ſervitium quod Cardinales vel in aſſiſtentiâ Papæ, vel in aliis officiis exhibendis apud Principes, in bonum commune Eccleſiæ univerſalis præſtant, debet proculdubio præponderare ſervitio Ecleſiæ alicujus particularis: unde cùm non ſolùm ſint familiares Papæ & commenſales, ſed in partem ſolicitudinis Eccleſiæ univerſalis vocati & collaterales Papæ, non debent reſidere in Eccleſiis particularibus quas obtinent, niſi ſint Epiſcopales, quia ad reſidendum in iis ex Decreto Concilii Tridentini tenentur, in quo expreſsè Cardinales comprehenduntur. *Declarat ſacroſancta ſynodus omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis ac Cathedralibus Eccleſiis quibuſcumque, quocumque nomine & Titulo Præfectos, etiam ſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſint, obligari ad perſonalem in ſua Eccleſiâ vel Diœceſi Reſidentiam.* In illo Decreto S. R. E. Cardinales ſpecialiter comprehenduntur, quia ſpeciali notâ indigent.

Seſſione 23. de Reform C. 10.

Quoad verò beneficia inferiora, ut ſunt Dignitates & Canonicatus, qui nullam conſtituunt incompatibilitatem in Cardinalibus, eximuntur proculdubio à Reſidentiâ perſonali, quia ſervitium quod exhibere parati ſunt Eccleſiæ univerſali, illos à Reſidentiâ particulari in Eccleſiis particularibus eximit.

Hinc fluxit S. R. E. Cardinales ſimul plures Dignitates & Canonicatus in diverſis Eccleſiis poſſe obtinere & retinere, quia incompatibilitas quæ à Jure ſtatuitur inter hæcce Beneficia, procedit ex ſervitio perſonali & Reſidentiâ quam debent in Eccleſiâ illi qui de illis providentur. Unde ſublatô ſervitio perſonali & Reſidentiæ lege in S. R. E. Cardinalibus, tollitur etiam ratio incompatibilitatis.

Extravag. Execrabilis.

Idcirco Joannes XXII. dum beneficiorum pluralitatem interdixit, declaravit S. R. E. Cardinales non comprehendi hiſce verbis, quæ hìc referre placet, *Cardinalibus tamen ſanctæ Romanæ Eccleſiæ qui circa nos univerſali Eccleſiæ ſerviendo, ſingularum Eccleſiarum commoditatibus ſe impendunt, ac Regum filiis qui propter ſublimitatem eorum ac generis claritatem, ſunt potioris prærogativâ gratiæ attollendi, duntaxat exceptis*: unde

Hoſtienſis,

Hoſtienſis, Joannes Andræas & Speculator in *Tit. de clericis non Reſidentibus*, S. R. E. Cardinales à Reſidentiâ eximi contendunt, propter ſervitium perſonale, quod ſemper ex munere ſibi injuncto in Eccleſiâ univerſali exhibere tenentur, vel apud ſummum Pontificem, cujus ſunt conſiliarii & ſenatores, vel apud Principes Chriſtianos exhibere ſemper parati ſunt. *Decet namque*, inquit Nicolaus III. *ipſi Romano Pontifici per Fratres ſuos ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, qui ſibi in executione Officii Sacerdotalis coadjutores exiſtunt, libera provenire conſilia; decet ipſius nullomodo vacillare judicia, ut Fratres ipſos nullus ſæcularis poteſtatis metus exterreat, nullus temporalis favor abſorbeat, nullus terror immineat, nihil eos à veri conſilii ſoliditate removeat.* Illud indultum Sacro Cardinalium Collegio, nullatenus debet in invidiam trahi, cùm nullatenus exorbitet à ratione aut à jure communi. Unde nemini illud S. R. E. Cardinalium Privilegium, gravibus de cauſis introductum, in controverſiam adducere licet; & ſi illud diſceptandum foret, penes ſolum ſummum Pontificem illius diſceptatio deberet fieri.

C. Fundamenta, de Elect. & Electi pote. §. Decet in 6.

Ex his ſequitur, eum qui à Lege Reſidentiæ eximitur, etiam à comparutione perſonali vel per Procuratorem, in Feſto ſancti Ægidii ad impetrandam gratioſam abſentiam diſpenſari, cùm diſpenſatus in principali, æquè in acceſſorio diſpenſatus eſſe debeat. Poſſet inſuper proponi ſpeciale Indultum conceſſum fuiſſe à ſummo Pontifice, Eminentiſſimo Cardinali Bullionio, ut ſimul plures Dignitates Eccleſiaſticas, etiam ad eas qui conſueverint per Electionem aſſumi, etiam Præceptorias quorumvis Ordinum militarium, poſſit obtinere & ſimul retinere; ſed cùm in hocce Electionis futuræ negotio propriis commodis non ſe invigilaturum, ſed ſolùm bono communi Eccleſiæ & Patriæ Leodienſis, & Eccleſiæ univerſalis, ſe allaboraturum publicè per litteras Perilluſtri Capitulo Leodienſi ſpoponderit, nullum quod ipſi peculiare ſit, adduci juſſit, ſed Cardinalitiæ Dignitatis jura & prærogativas Sacro Collegio communes adducere, & illis ſe adversùs prætenſam *foraneitatem* eximere intendit.

Opponitur Caput ſecundum *de Clericis non reſidentibus*, in quo reperitur in Synodo Romanâ ſub Leone IV. celebratâ,

regnantibus Lothario & Ludovico Imperatoribus, Anaſtaſium Preſbyterum Cardinalem Tituli Beati Marcelli, ab omnibus canonicè eſſe depoſitum, eò quòd Paræciam ſuam per annos quinque, contra Canonum inſtituta, deſeruiſſet, & in alienis uſque demoraretur.

Sed licèt poſſit dubitari utrùm tunc temporis ille Presbyter Cardinalis fuerit de numero ſacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ Senatoribus & Conſiliariis, qui verè & propriè dicti ſunt Cardinales, quia tunc temporis Preſbyteri qui in certis Eccleſiis ad eas regendas & gubernandas quodammodo incardinabantur, Preſbyteri Cardinales nuncupabantur, quæ denominatio etiam in certis Eccleſiis adhuc remanſit; certum eſt tunc temporis omnes etiam S. R. E. Cardinales ita propriis Titulis addictos fuiſſe, ut eos deſerere ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ indulgentiâ non liceret, nec ad ullam aliam Dignitatem Eccleſiaſticam poſſent promoveri: ſed poſtea tractu temporis, & ita Eccleſiæ univerſalis utilitate ſuadente, ex quo in partem ſollicitudinis Eccleſiæ univerſalis vocati ſunt, ipſis licuit à propriis Titulis diſcedere, & etiam à ſex Titulis Epiſcopatuum, quos jure optionis aſſequi poſſunt, & plures Dignitates in diverſis Eccleſiis obtinere, ut patet ex pleriſque ſummorum Pontificum Conſtitutionibus, quæ multis exemplis poſſent comprobari, niſi brevitatis causâ, ſilentio prætermitterentur, ne hujus diſquiſitionis Statutorum moles nimium excreſcat.

Sufficere hæc videntur inpræſentiarum adducta in Cardinalitiæ dignitatis jurium defenſionem, quia nemo qui tantiſper Eccleſiæ Romanæ conſuetudines & ſacri Collegii privilegia intellexerit, illa in dubium revocare profectò, ſi ſit ſanæ mentis, audebit: nec timendum eſt etiam in Perilluſtri Eccleſia Leodienſi, quæ ſe Romanæ Eccleſiæ filiam & primogenitam gloriatur, illa Indulta à Sede Apoſtolicâ conceſſa, & hactenus inconcuſsè obſervata, aliquod periculum aut aliquam imminutionem, pati debere: immo ipſa inviolabiliter propugnanda, præſertim in perſonâ Eminentiſſimi Cardinalis Bullionii, qui ultrò ob reverentiam ſingularem quam ſemper exhibuit Perilluſtri Capitulo Leodienſi, ſe legibus primæ Reſidentiæ obtulit, & ab illâ abſolutus fuit deinde à Capitulo, &

poſtea ſingulis annis per Procuratorem in Capitulo ſancti Ægidii ſe repræſentavit ; qui etiam ad votum ferendum in proximè elapsâ Electione per Procuratorem à Capitulo admiſſus fuit, cùm ſe præſentem ſiſtere non poſſet, & qui ab hâcce comparutione ab aliquibus annis abſtinuit propter graviſſimas rationes, ultra eas quæ generaliter propoſitæ ſunt, quas coram Capitulo proponere quoties ipſi id faciendi facultas concedetur, paratus eſt & etiam jurejurando firmare.

Non adducit jura & prærogativas Cardinalitiæ dignitatis in contemptum aut eluſionem Statutorum, quibus ſemper obſequium, ubi licebit, præſtabit ; ſed ea nunc potiſſimum adducit, ut ſe à pæna, quam aliqui ſibi volunt, licèt immerenti, infligere, tueatur & liberet. Idcirco illæ omnes allegationes favorabiliter debent excipi, & benignè interpretandæ.

Paucis nunc de juramenti religione diſſerendum eſt, cùm in Perilluſtri Capitulo Leodienſi plures inveniantur conſcientiæ timoratæ, & omnis opera à quibuſdam adhibeatur, & omnis lapis moveatur, ut à futurâ Electione arceatur Eminentiſſimus Cardinalis : ſcrupulus ingeritur aliquibus, non poſſe à Satutis diſcedere, quia ad illorum Statutorum inviolabilem obſervationem ſe religione juramenti obligaverunt.

Superiùs demonſtratum eſt Statuta neque ex verbis ipſis, neque ex mente conditorum, prohibere Capitulum à convocando in futurâ Electione, Eminentiſſimo Cardinale ; immò ipſum neceſſariò vocandum eſſe demonſtratum eſt, ſed cùm de interpretatione alicujus Statuti agitur, & cùm inquiritur utrùm caſus comprehendatur in Statutis vel non, proculdubio abſurdum videretur, ſub prætextu aut ſpecie juramenti, judicium Statutorum derelinquere. Is committit in legem qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem. Caſus itaque in lege comprehenſi, ſunt expendendi, nec pœnas inſertas legibus evitabit, qui ſe contra juris ſententiam ſervata prærogativâ verborum fraudulenter excuſat. *Cap. ultimo, de Regulis Iuris in 6°.*

Inſuper Leges & Statuta ſemper aliquos caſus privilegiatos excipiunt. Hi ergo caſus ſunt diſquirendi, & prorſus eſſet iniquum ita judaicè verbis Statuti inhærere, ut omnes viæ legitimæ illud examinandi tollerentur, ſub prætextu ju- *L. 5. Cod. de Legibus.*

Digitized by Google

ramenti quod ſemper intelligitur vinculum juris & non iniquitatis.

Demonſtratum eſt Statuta Perilluſtris Capituli Leodienſis nullatenus ſpectare ad Eminentiſſimum Cardinalem Bullionium, etiam abſtractivè & in ſolâ qualitate Canonici Leodienſis. Sed eſto, ſupponant aliqui comprehendi, expendantur Statuta, & ſi per eorum indagationem apparuerit, à pœnâ à Statutis inflictâ eximendum eſſe Eminentiſſimum Cardinalem, nunquid obtendent aliqui ſub prætextu juramenti iniquitatem fovendam, & nullatenus juſtitiæ patrocinandum? proculdubio illi omnes qui in illum perverſum ſenſum traherentur, perjurii rei fierent. Abſit hoc ab omnibus & ſingulis Perilluſtris Capituli Leodienſis viris doctrinâ & pietate præcellentibus.

Sed quidquid ſit, in jure Canonico providè à ſummis Pontificibus cautum eſt illa juramenta quæ præſtantur à Canonicis, ubi primùm in aliquam Eccleſiam admiſſi ſunt, ipſos non ligare contra jus commune. Ita effatur Nicolaus III.

Cap. 1°. de Iurejurando. *Contingit in nonnullis Eccleſiis de earum conſuetudine obſervari, quod nec ipſarum Prælati cum primò ad Eccleſias ipſas accedunt, admittuntur; nec Canonici, cùm de recipiendis ibidem novis Canonicis agitur, aliter recipiuntur in ipſis, niſi jurent Statuta & Conſuetudines ipſarum Eccleſiarum ſcripta & non ſcripta inviolabiliter obſervare ... Quia verò in Statutis Conſuetudinibuſque ſupradictis, interdum aliqua reperiuntur illicita ſeu impoſſibilia, vel obviantia Eccleſiaſticæ libertati, ne ſub tali generalitate jurandi, ſic jurantibus peccandi occaſio præbeatur, cùm juramentum non fuerit, ut eſſet vinculum iniquitatis, inſtitutum, hâc generali Conſtitutione animarum periculis obſiſtere cupientes, præcipimus à quibuſcumque ſcientibus contineri in prædictis conſuetudinibus illicita, impoſſibilia vel libertati Eccleſiaſticæ obviantia, juramenta hujuſmodi aliquatenus non præſtari. Et talia juramenta eâ intentione facienda vel facta, ut etiam illicita vel impoſſibilia ſeu Eccleſiaſticæ libertati obviantia obſerventur, cùm etiam ſub tali intentione præſtari non poſſint abſque divinæ majeſtatis offenſâ, decernimus non ſervanda.*

Poſtea ſanctione generali decernit hujuſmodi juramenta non obligare hiſce verbis ſequentibus: *Declaramus quoque*

juramenta ſub hujuſmodi generalitate, qualitercumque & ſub qualicumque verborum formâ præſtita vel præſtanda, ad licita, poſſibilia & libertati Eccleſiaſticæ non obviantia, tantùm extendi, ipſoſque jurantes ad alia per præſtationem juramenti hujuſmodi non teneri.

Oſtenſum eſt privationem vocis activæ in Electione futuri Epiſcopi obviare libertati Eccleſiaſticæ, cùm de jure communi omnes & ſinguli debeant vocari; patet itaque illud Statutum, quo aliqui poſſunt arceri contra jus commune, libertati Eccleſiaſticæ, quæ præcipuè in Electionibus Canonicis debet ſervari, obviare.

Non juramenta ſed perjuria potius dicenda ſunt, quæ contra utilitatem Eccleſiaſticam attentantur. Faſtidioſum omnino eſſet alias authoritates & Conſtitutiones ſummorum Pontificum in medium adducere, quæ à tali juramento, quod in vim Statutorum fit, abſolvunt, quæ illas Pactiones, Conventiones, & Statuta juramento corroborata, reprobant; & cùm illa juramenta ſint potius cæremonialiter & per modum conſuetudinis, quàm legitimè & ex animi deſtinatione, non ligant. Immò videre eſt in omnibus Conſtitutionibus & proviſionibus Apoſtolicis illam derogationem generalem & ſpecialem Statutis *etiam juramento corroboratis*, apponi, tanquam illa juramenta ſint levioris momenti.

C. Sicut noſtris de Iurejurando, Extrà.

Plura & quidem non minoris ponderis poſſent addi, ſed inſtituto propoſito de diſquiſitione Statutorum Perilluſtris Eccleſiæ Leodienſis ſatisfactum eſt, dum illorum vis & autoritas, verba & mens conditorum, circumſtantiæ temporum & locorum, Sereniſſimi Principis & Eminentiſſimi Cardinalis Bullionii Privilegia & Indulta, ſatis ſuperque diſcuſſa ſunt, cum omni tamen reverentiâ ſemper exhibendâ ab omnibus, etiam Juris Canonici peritis, Perilluſtri Capitulo Leodienſi, quod Deus incolume præſtet, & omnibus proſperis pro ſuâ benignitate ditare dignetur.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Cum Permiſſu.

PARiſiis die vigeſima ſexta Julii 1694

Signatum, BOUCHERAT.